UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

Durantis, Guilelmus

Augustae Taurinorum, 1578

Renunciacione, & conclusione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96857

Visual Library

videdũ.ver.ſi aũt. ¶ Similitudo ſumit̃ à pari rõne, vel à maiori,nõ à minori,ſecundum Ia.de Are. ¶ Similia ſunt,quorum eſt eadem qualitas: eadẽ ſunt,quorum eſt vna ſubſtantia, ſecundum Ariſt. & Cyn. ¶ Si ſtatutum dicat,quod procedatur de ſimilibus ad ſimilia,& ego dico eſſe ſimile,ſed tu negas,cui incumbat probatio,§ poſt hoc autem.verſicu.ſed ſi ego induco. G.dic,ꝙ iudex arbitrabitur. ff.de legib.l.non poſſunt.Bald. ¶ Et iſta clauſula,ꝙ procedatur de ſimilibus ad ſimilia, tacite uidetur ineſſe legibus & ſtatutis non exorbitantibus à iure communi,ff. de leg.l. ſed & poſteriores. vide j̃.in ver.quod in pęnis.Bal. ¶ Quid de argumẽto a contrario ſenſu? dicit Azo ff.de teſtam.l.qui teſtamento.§.mulier.ꝙ contrarius ſenſus legis pro ipſa lege,& pro ipſo ſtatuto accipitur. Sumitur enim per ſignificationem uerborum implicantium contra ſenſum , non propter interpretationẽ extrinſecam. Cum ergo fiat per interpretattionem intrinſecam & intellectum,& non extraneam expoſitionem,habet locum in ſtatutis & reſcriptis C.de fur.l.apud antiquos,in gloſſ.Et ꝙ contrarius ſenſus dicatur ſenſus tacitus,non expreſſus,uide Dy.in conſilio,quod incipit,in ſtatuto ciuitatis Piſtorii.cum illud ar.non debeat ad legum correctionem, uel improbũ ſenſum trahi,C.de cond.inſer.l.cum patrem.& no.j̃.eo.§.poſt.per G.verſi. uel non ob.De cauſa impulſiua,uel fine iſti,uide j̃.eod.§. ceſſante. ¶ Non obſtat,ꝙ licet in poſſeſſorio procedatur de ſimilibus ad ſimilia,tamen contineat ius commune:ut no.C.de fur.l.ſi quis ſeruo.& ibi Bart. ſed illud per interpretationem legis , non iudicis. Bald. ¶ Præſumitur fraus , ſi alienans poſtea reperiatur poſſidere pro ſuo : & præſumitur pro ſuo,ſi poſtea perceperit fructus,& nemini reſpondet de eis,ff.de ſolu.l. Titia. nam Pro ſuo,hic non eſt titulus,ſed modus poſſidendi:ſecus,ſi ut fructuarius,uel colonus quis poſſideat,C.de do.l.quiſquis.& in §.ſuperuacuum.Bal. & iſtud uerius,ubi agitur de præiudicio tertij:alias non pręſumitur ſimulatio, niſi probetur nam ſola poſſeſſio non infert de neceſſitate,C.unde leg.non hoc. Bal. ¶ De clauſula in medio poſita,habet ſe ad principium & finem in cõnexis. ¶ De dictione Vltra,de dictione Fortè,& Forſitan, & Vſque,& de clauſula Quidam alij,de dictione Donec, Amplius,& Maximè , de aduerbijs Mox,Celeriter,& Statim,de uerbo Quãprimũ , de uerbo, Sine dilatione,de clauſula,Vocatis qui fuerunt euocandi:uel de clauſula,Quantum de iure poteritis,de dictione Tunc,& Nunc,§.poſt hoc uidetur . & not.G. uide j̃.de re iudic.§.comminatio ſpecialis.Bal. ¶ Ceſſante cauſa finali ſtatuti ceſſat ſtatutum,ſed non ceſſante cauſa impulſiua,uerſ. uel illud ſtatutũ fuit.G.Ratio tamen legis in dubio præſumitur finalis,ſed ratio hominis in dubio præſumitur impulſiua.& not.ff.de cond.& demon.l. cum tale.§.pe. ff.de dona.l.2.§.fi.ff.de acquir.poſ.l.ſi is,qui animo.Bal. ¶ In pœnis delictorũ,qñ delictũ cadit æquè in muliere & uiro , maſculinũ includit fœmininum,ut no.C.unde ui,l.ſi quis in tantam.in glo ord.Et an maſculinum cõcipiat fœmininum,uer.uel ibi maſculinũ. G. & ꝙ concipitur ex interpretatione,ff.de uerb.ſig.l.j.per Dy.& Barto.Sed quando ex ſignificatione,ut quando ſubſtantiuum eſt generis communis , ut Homo , uel apponitur ſignum uniuerſale,ut Quiſquis,tunc ex natura ſigni uniuerſalis de omnibus prædicatur,tam in legibus , quam in ſtatutis, niſi mens legis ſit de uiro,& nõ de muliere:not.ff.de reg.iur.l.j.C.de indi.uidui.l.fi C.de rap.uir.l.j. C. ad l.Iul.maieſt.l.quiſquis.C.de ſer.fug.l.quicunque . & ibi per Cyn. Bald. ¶ Quot modis ſoluantur ꝯ̃ria,& quot fiant fallaciæ in legibus, verſ.poſita quoque,cum ver.ſeq.G. ¶ An leges ſint ſeruandæ in foro canonico,§. porro.verſ.ſed nunquid in cauſa eccleſiaſtica.G.Et ibi uide: quod dicitur illũ neſcire rationes & iura,qui in materia ſacrorũ leges humanas , inducit,ſecundum Gul.in uer.ſed nunquid in cauſa eccleſiæ.in fi.ubi uideas. ¶ Quid de ſtatutis particularibus locorum?dic ut no.in c.j.de nou.ope.nunc.in nouella:& de poſtul.ex ea.& de fo.compe.c.quod clericis. ¶ An poſt ſententiam poſſint allegationes fieri,eo.§. porro. ver.ſed quid ſi emi. ¶ Quando iudex poſſit ſupplere ex mero officio pro præſente,uel abſente,& circa qđ & in qua parte iudicii, & an debeat ſupplere ex actis , vide plene in §.ſatis clare.& an idem ſit in ordinario & delegato , an poſſit ſupplere de fructib. & an in criminali ſuppleat in expenſis : & an faciat litem ſuam,ſi non ſuppleat,& an arbiter poſſit ſupplere in omnibus,dic,qđ ſic.G.uide j̃. de ſen.pet.§.j.& 2.per Tho.& Bar.in l.4.§.hoc autem iudicium.ff. de dam.infect.

a ¶De renuntiatione & Concluſione.[a] Rub.

SVMMARIVM.

1 *Parte allegationibus iudicialibus renunciante,ſi altera non renuntiet, an cogetur cito proferre,vel intra quantum tempus.*
2 *Salomonis exemplum & duarum mulierum de filio litigantium.*
3 *Allegatio,uel exceptio an ſit admittenda poſt concluſionem.*
Concluſum eſſe intelligitur,eo ipſo quòd eſt allegationibus renunciatum.
4 *Renuntiatio,uel concluſio in cauſa principali facta,an extẽdatur ad cauſam appellationis.*
5 *Renuncians omnibus exceptionibus dilatorijs in aliquo contractu, an ſi conueniatur,poterit aliquam opponere.*
6 *Renunciatio omnium exceptionum competiturarum an ſit tenenda.*
7 *Repudiatio futuri iuris tacite facta an teneat.*
8 *Iuri publico renunciari non poteſt.*
9 *Cui iuri renunciari poſſit.*
10 *Iuris beneficia ſunt quatuor, quibus præcipue ſolet in inſtrumentis renunciari.*
11 *Beneficium epiſtolæ diui Adriani inter quos locum habeat.*
12 *Beneficium epiſtolæ diui Adriani an locum habeat inter debitores principales,ubi dubitatur,an ſint ſoluendo,uel non.*
13 *Fideiuſſore præſente,& reo principali abſente,an ſit danda dilatio ad reũ ducendum.*
14 *Beneficium epiſtolæ diui Adriani quando ſit proponendum.*
15 *Beneficium epiſtolæ diui Adriani quando ceſſare dicatur.*
16 *Beneficium nouæ conſtitutionis de fideiuſſoribus , quem effectum habere dicatur.*
17 *Beneficium,nouæ conſtitutionis de duobus reis debendi , uel promittendi, quid operetur.*
18 *Fideiuſſore ſe principalem conſtituente, an debeat , aut poſſit prius quam debitor principalis conueniri.*
19 *duobus reis ad inuicem fideiubentibus,an unus poterit allegare, quòd alter primo conueniatur.*
20 *Vni ex reis ſtipulandi facta ſolutione, an, & quo caſu teneatur ipſe alteri medietatem ſolutionis dare.*
21 *Beneficium cedendarum actionum quem effectum habeat.*
22 *Renunciatio in una re facta,in alia nocere non debet.*
23 *Ceſſio iurium ex interuallo poſt ſolutionem,an ualeat.*
24 *Exceptio cedendarum actionum fideiuſſori acquiſita dicitur,ubi creditor acquieuit uenditioni pignoris.*
25 *Beneficia,quibus poteſt in inſtrumentis quotidie renunciari,ſunt plura.*
26 *Beneficia,quibus poteſt,quo ad quid,renunciari, & quo ad quid non,quæ ſint.*
27 *Beneficium quanto minoris quale ſit.*
28 *Beneficium ut quis condemnetur inquantum facere poteſt,in quibus locũ habere dicatur.*
29 *Beneficio,quod dicit,ne liber homo ob æs alienum obligetur, an renunciari poſſit.*
30 *Exceptio non numeratę pecunię, ſiue non traditæ,uel redhibitæ rei, intra quantum tempus competere dicatur.*
31 *Exceptio non numeratæ dotis an competat marito,qui confeſſus eſt ſub ſpe futurę numerationis ſe dotem accepiſſe.*
32 *Beneficium,ſeu priuilegium fori quod, & quale dicatur.*
33 *Exiſtentes in curia an ſemper ſubſint iuriſdictioni auditorum.*

FInitis Partium allegationibus & reſponſionibus,de quib.
s̃.ti.prox.diximus,quęrere debet iudex ab eis, an aliquid
vlterius habeant,quod in quæſtione proponant , vt 30.
q. 5.iudicantem.ꝙ ſi nihil habent partes,renuncient alle
b gationibus,& in cauſa concludant:[b] quæ omnia ſunt redigenda
in ſcriptis,vt extra de prob.quoniam contra.ſed & ſi habeant ali
qua dicere, ſed tamen ſufficienter dictum & probatum eſt , dẽt
eis iudex dicere,ꝙ renuncient allegationibus, & concludant,C.
de iudi.auth.iubemus.extra de teſtib.ſignificauerunt & cap.cum
c cauſam §.fi.[c] ¶†Et no.ꝙ ſi parte vna renunciante allegationibus
1 altera dicat ſe habere aliquid , quod proponat, iudex coget eam
intra 30.dies à die renunciationis dicere,quicquid volet:ꝙ ſi nõ
dixerit,det ei alium menſem:ꝙ ſi adhuc diſtulerit, dabit tertium
menſem:poſt quem non audietur, ſed ad ſententiam procedet,
ut C.de iudic.auth.iubemus.in auth.Collat.8.vt cum de ap. cog.
§.ſed hoc præſenti . Et intellige tantam dilationem dari abſenti.
non enim dare tenetur tantum ſpatium præſenti & petenti, ut ff.
de fer.leg.fi. Vel dic,hoc ſpeciale ꝑpter allegationes, ar.ff.ex qb.
cau.ma.ait prætor.§.fi.& l.ſeq. Verius credo hanc dilationẽ arbi-
trariam,ut s̃.de dilat.§.nũc de temporum. Cæterum ſi actor nõ
plene probauerit,faciat ſibi,uel aduerſario iuramẽtum deferri:ꝙ
2 dic,ut s̃.de iuram.dela.¶†Auditis[d] autem allegationibus iudex,
d vt inſtructus in cauſa appareat, petitionem & cauſæ proceſſum,
allegationes quoque & reſponſiones & ſingula actitata ſub com
e pẽdio reepiloget,Salomonis exemplo,[e] qui in quæſtione duarũ
mulierum de filio litigantium dixit:hæc dicit, filius meus uiuit,&
filius tuus mortuus eſt:econtrario dixit illa, Mentiris , imo filius
tuus mortuus eſt, ſed meus viuit.cuius litis deciſio habetur extra
de præſump.afferte.& hæc reepilogatio probatur extr.de re iud.
abbate ſane.& de conceſ.præb.cap.quia in cunctis.lib.6. Si quæ-
ſtio intricata ſit,uel plures angulos & anfractus habens,breuem
& ueram facti continentiam, allegationes quoque & replicatio
nes partium in ſcriptis faciat ſibi dari, ut ſuper eis plene delibera-
f re valeat ſecum , & etiam cum peritis :[f] de qua deliberatione
infra

ADDITIONES.

a ¶ Ex practicis autoribus nullus poſuit hanc Rubricã,ſaluo ꝙ Io. de Deo, de renun.allegationum,poſuit in lib.Iudicum,j.& 3.parte:& de concluſione in parte ſecunda. ¶ Pil.auttem, & Tanc. de hac materia modicum poſuerunt in fi rub.s̃.prox.Et puto,ꝙ idem feciſſet auctor,ſi ſub hoc titulo nõ concepiſſet materiam extra ordinem iudiciorum inſerere , quo ad multos caſus,utilem ualde non enim exiſtimauit conueniẽs,illos ponere in tractatu libellorum ſub tit.de renun.illos autẽ ponere inchoat j̃. uer.& quia hic. & nos ibi aliquos tales addemus.

b Concludant. ¶ Secundum T.& hic continuatur.ver.2.j̃.

c §.fi. ¶ Tenet Pil.de allegationibus,in fi.quod bene tenet ſententia licet allegationibus non fuerit renunciatum:& facit ad no.in clem. de ver.ſig.ſæpe.ad finem.

d Auditis. ¶ Reaſſumit verba Tancredi.

e Salomonis exemplo. ¶ 3.Regum 3.c.

f Cum peritis. ¶ Secundum Tan.& hic finit tit.eius præcedens.

infra in titul. de requiſ. conſilij, diſſeretur. ¶ † Et ſcias, quod poſt
3 concluſionem nulla admittitur exceptio, vel allegatio facti, ne-
que teſtis, vel inſtrumentum, C. de compen. l. final. & argument.
extra de teſti. capit. de teſtibus, & de fid. inſtrumento. cum dile-
ctus. & de procurat. auditis. & de cau. poſſeſ. paſtoralis. & ſupra
de inſtrument. edit. § nunc dicamus. in princip. niſi aliqua euidēs
ratio moueat iudicem, vt in decret. paſtoralis. & niſi in exceptio
ne excommunicationis, vt extra de exceptio. pia. lib. 6. & capit.
exceptionem. & niſi iudex ex officio ſuo aliquid inquirat, vel in-
terroget ſuper iam actitatis. quod dic, vt ſupra de poſſeſ. § 4. &
niſi aliquid iudicis negligentia ſit omiſſum, vt extra, de teſtibus.
per tuas, & niſi vel dominus Papa per ſe de aliqua exceptione co
gnoſcit: quod dic, ſecundum Innocen. vt not. extra de ac. ad peti
a tionem.[a] Poſt renunciationem etiam non poteſt aliquid fieri ſu
per eo, ſuper quo renunciatio facta eſt, C. de cond. inſer. l. penul.
ante fin. 7. quæſtio. prima. quam periculoſum. C. de rebus. credi.
ſi quis poſt. de conſecrat. diſtinctio. 4. quæris. prope princip. Et
not. quod eo ipſo, quod eſt allegationibus renunciatum, intelli-
gitur eſſe concluſum. vt extra de probatio. quoniam contra. ſe-
b cundum Ioan. de Deo.[b] Sed licet hoc verum ſit pro parte præ-
c ſente, argument. in authentic. de teſti. § quia vero.[c] tamen præd.
decr. hoc non probat, quæ ponit per ſe renunciationem, & per
ſe concluſionem: & quilibet eorum eſt actus per ſe, vt iam eos
diſtinxi: de quo, & de renunciatione productionis teſtium dixi
d ſupra de teſte, § fin.[d] ¶ † Hoc autem ſcias, quòd renunciatio, vel
4 concluſio in cauſa principali facta, non extenditur ad cauſam
appellationis: nec credunt partes de hoc cogitaſſe. Si autē cogi-
taſſent, & expreſſe dixiſſent: Nos renunciamus, vel ꝯcludimus, ꝙ
de cætero nec de iure nec de facto in cauſa principali, uel appel-
lationis aliquid dicemus, talis renunciatio bene præiudicaret.
¶ Et quia hic de renunciatione fit mentio, aliqua de alio genere
e renuntiationis dicemus.[e] ¶ † Pone ergo: aliquis renunciauit in
5 aliquo contractu omnibus exceptionibus dilatorijs, quod nulla
vtetur, ſi cõueniatur ex eo contractu coram arbitro, vel coram
f quocunque iudice: quæritur, quid iuris?[f] Et videtur, quòd nul-
lam poterit opponere, C. de pact. ſi quis in conſcribendo. C.
de rebus cred. ſi quis iuſiurandum. extra de foro compet. ſi dili-
genti. 7. quæſtio. j. quam periculoſum. C. de non nume. pecu. ge-
neraliter. C. de appella. l. fina. in fin. 11. quæſtio. 3. rurſus. extra de
re iudica. quod ad conſultationem. Econtra videtur, quod ſic:
quia ſic cogeretur quis quandoque coram non ſuo iudice liti-
gare: quod eſſe non debet. ff. de iuriſd. omn. iudic. ſi conuenerit.
2. quæſtio. 1. in primis. extra, de iudic. at ſi clerici. 11. quæſtio. 1. in
clericorum. Item cogeretur litigare forte cum pupillo, vel adul
to, vel cum minus idoneo tutore, vel curatore, vel excommuni
cato, vel hæretico. vel coram talibus: & ſic multiplex abſurditas
ſequeretur. Item cum nondum illæ exceptiones competerent,
quando renunciauit, non ualet renunciatio, ff. de acquiren. hær.
is qui. ff. de leg. 2 ſi ita. § ſub conditione. extra de re iudica. abba-
te ſane. prope princip. lib. 6. extra de eccleſ. ædifi. ad audientiam.
22. quæſtio. 2. ne quis arbitretur. Secundo poteſt dici, quod ſi ex-
preſſe dictum fuit quod nulla exceptio admitteretur, tunc nul-
la admittetur: aliàs ſic, argument. à contrario ſenſu, extra. de
off. deleg. ex parte. 2. & argumen. extra, de æta. & qua accepimus.
g Vel diſtingue,[g] an expreſſit exceptiones, quibus renunciauit, vel
non: ſi non expreſsit, ſed abſolutè dixit, nulla eſt renunciatio, ut
ff. ſi quis cau. ſed & ſi quis. § quæſitum. imo poterit rationabiles
proponere, ut in præd. decret. ex parte. non obſtante, quod dixe
rit nullam exceptionem dilatoriam. nam & lex dicit, quod con-
tra interdictum. Quod ui, aut clam, aliqua exceptio non oppo-
nitur, ut ff. quod ui aut clam. l. j. § j. & tamen poſtea in 4. uel 5. leg.
ſubſequent. admittitur, ff. eo l. ſi alius. § 1. & in prę. capit. ne quis.
Si verò expreſſit, ſeu ſpecificauit aliquas exceptiones, aut erant
tales, quibus poterat renunciari aut non poterat. Si nõ poterat
non uidetur illis renunciatum. ſic patet in ferijs ob reuerentiam
Sanctorum inductis, extra de fer. capit. fin. ff. eo. l. 1. & in illa ex-
ceptione, de qua habemus. ff. de procur. filiusfamilias § veterani
& ff. de poſtulando, quos prohibet. & extra de foro competenti,
h ſi diligenti. & ſimiles.[h] Si autem poterat, tunc ualet renunciatio,
ut patet in ferijs meſſium. extra de iudic. capitu. fina. ff. de fer. l. j.
& l. ſi feriatis. & in exceptione, de qua habetur. C. lib. 10 de mu
neribus. & honoribus non conti. l. 2. ff. ad manic. Lucius § idem.
Vel poſſet dici, quod renunciatio generalis plùs ualet, quam ſpe
cialis: maxime aliqua exceptione expreſſa, C. quando mulier tu.
offi. fun. authentic. ibi poſita, ff. de acquiren. rerum do. quædam
quod in hac parte non multum placet, argumen. 23. diſtin. quan-
quam. Vel diſtingue, an renunciauerit ſpecialiter, uel promiſit
quod nulla uteretur, uel pactum fecerit. Primo caſu non ualet:
in ſecundo & tertio ſic: & ad hoc C. de pactis, l. j. ſecundũ Vber.
uide infra uerſicu. quid ſi quis. Sed ſecundum hoc, quid dices, ſi
fiat pactum, ut poſſit ſub quolibet iudice conueniri, uel in quo-
cunque iudicio? de hoc dic, ut ſupra de compet. iudic. adi. uerſi. 27.
& ſeq. Quid ſi dicat in inſtrũo, ꝙ non poſſit probari ſolutio, niſi
per ipſum inſtrũm redditum: dic, ut s̃. de proba. § uidendum. uer.
i ſed pone.[i] ¶ † Quid ſi quis renunciauit omnib. exceptionib. ꝯpe-
6 tituris? & vt, ꝙ nõ tenet renunciatio. nã inſtitutus ſub ꝯdõne re-
pudiando ante ꝯdõnem extantem nil agit, ff. de acq. hære. is qui
hæres. reſp. j. Item omne futurum cenſet inſertum, ff. de iud. ſed
& ſi reſtituerit. § fi. ff. ſi pars hære. pet. antiqui Inſt. de ver. obli. §.
ꝯdõnes. Vnde dubitationē inducit: quare non ualet renũciatio,
vt in præd. l. ſi is qui. § ſi quis dubitet. & eo tit. qui ſuperſtitis. & l.
in repudianda. & l. is qui põt. & C. de cap. & poſtli. reuer. nec nos
præterijt. Itē nemo repudiare põt, ꝙ nequijt hr̃e, ſi uelit, ff. de re
gu. iur. qui põt. § ꝙ quis. ad idē ff. de leg. 2. ſi ita ſit ſcriptũ. § ſub
ꝯditione. ff. de cond. & demon. mulieri. extr. de re iudi. abbate ſa-
ne. lib. 6. extr. de eccle. ædif. ad audientiã. 2. ff. de iniuſt. rup. & irri.
teſt. l. nam & ſi ſub conditione. & l. ſi binæ. ff. de ædil. edic. bouē.
§ ſi ſub conditione. Arg. ꝯ: quia poteſt renunciari pacto iuri ſuc-
cedendi

ADDITIONES.

a Ad petitionem. ¶ Vide, quod ibi ſcripſi in gl. hic continentur.
b Io. de Deo. ¶ Lib. Iudicum parte j. vbi de renunciatione allegationum.
c Quia vero. ¶ Secundum Roſ. qui idem allegat, vt ſcripſi de cauſa poſ. pa-
ſtoralis. s̃. ver. aut ibi vide. & in gl. prædicta.
d § fi. ¶ Eſt ſciendum, ꝙ Gui. de Suz. plene tractat quęſtionem ſuper l. ſi quis
in conſcribendo. C. de pact. quando vnus litigantium renunciauit allega-
tionibus, an producere poſtea poſſit teſtes, vel inſtrumenta? Quod poſſit,
inducit facultatem probandi ampliandam, non anguſtandam, C. de hæret.
quoniam. & iudex debet niti ad veritatem habendam C. de iudi. l. iudices.
nec arctare ſe debet ad vnam probationis ſpeciem: allegat extra de re iud.
cauſam. & ibi concor. Item iniquum eſt verbis eius perimi: quod non fuit
cogitatum. ff. de tranſac. cum Aquiliana. Item verbum Allegationibus, de
allegationibus iuris debet intelligi, C. de bon. quæ lib. non ſine ratione. Itē
qui detulit iuramentum, ipſum reuocare põt, & aliis probationib. vti, C.
de re. credit. ſi quis. Item probatio eſt genus, allegatio ſpecies: hoc poteſt
ſubtrahi de genere, illo manente in ſuo ſtatu, ff. de manu. teſta. l. ſi peculium.
& faciunt omnia iura, quæ permittunt pœnitere, l. ſi quis libellos, C. de ap-
pella. canonizata. 2. quæſt. 6. § ſi quis. cum ſimilibus, quæ vide in regula, qđ
ſemel. de regu. iur. lib. 6. Item facit C. de repu. hæred. l. fin. vbi paternam hę
reditatem repudiandam licet adire. Ad contrarium inducit iura, quę pro-
bant, quod licitum eſt cuiq; ſuo iuri renunciare. Remittit pro concordan-
tijs ad l. ſi quis in ꝯſcribendo. C. de pac. vbi de his ſatis patebit. Item ꝙ re-
mittentib. actiones ſuas, &c. ff. de ædil. edic. quærenti. & turpe eſt redire ad
id, ꝙ renunciauit, vt in prædi. l. ſi quis. & C. de ꝯdi. inſer. l. vlt. ante fin. Item
ꝯ proferentem interpretanda ſunt verba, ff. de pac. veterib. de reg. iur. con
tra eum. libr. 6. Soluit, quod inſtrumenta & teſtes producere poterit, per
primo allegata: quæ repetit, vt chartam occupet. Aduertendum, hanc ſo-
lutionē non eſſe ꝯtrariam iſti verſiculo, qui loquitur, qñ partes ambæ renũ-
ciauerunt allegationib. quo caſu tenent s̃. dicti Doctores haberi pro ꝯclu-
ſo quõ autem quærit de vno ſolo. Item quęſtio eius minus eſſet dubia, qñ ſu
per aliquo emergenti eſſet facta illa renunciatio. Et ſcias ad vtrunq; dictio,
ꝙ in talib. renunciationib. ponderanda ſunt verba, & ſtatus cauſæ, & ꝯſue-
tudo fori. Si enim fiat renunciatio allegationibus, & omnib. probationib.
certum eſt, ꝙ iſta eſt concluſio, ut no. in decre. cum dilectus. de fid. inſtr. in 2.
gl. Idem puto, ſi renuncietur allegationib. iuris & facti, qñ ſtatus cauſę pati
tur concludi: facit de reſcr. ſtatutum § pe. lib. 6. Item ſi conſuetudo habeat
verbum allegationum comprehendere ius & factum. & per illud ſolum cõ
cludit: & tunc procedit, quod dicit iſte ver. facit quod not. s̃. de lit. conteſt.
§ pe. in prin. & j. de ſen. prolat. § pe. in fin.
ADDE, quæ voluit Rom. conſi. 20 & 175.
e Dicemus. ¶ Ex quo auctor diuertit à proſecutione ordinis iudiciarij, nos
ipſius propoſito per remiſsiones caſus aliquot adiungamus de qõne domi-
nicali: vt de clerico, qui turbatus ꝑ ꝑ exactiones, quas ſibi imponebat eps,
renunciauit beneficio in eius manib. ꝙ ſtatim repetit ſcripſi de renun. c. 2.
lib. 6. in vlti. gl. de illo, qui renunciauit legi commiſſoriæ, et cum iuſo: fuit
quæſtio dominicalis 12. & Tan. 10. vide ꝙ ſcripſi extr. de pign. ſignificante.
ſuper gl. 2. Sed vltra ibi ſcripta ſcias ꝙ hæc quæſtio fuit Pilei 66. qui ſoluē
do diſtinxit debitorē ſcientē pactũ legis ꝯmiſſoriæ non tenere, ab illo, qui
ignorauit: dicēs primũ, q renunciauit, & iurauit, effectiue teneri: ſm dicit,
nõ obſtante iuro, poſſe ꝯuenire: alleg. ff. de dam. infe. ſi finita. in prin. ff. de no
ua. l. ſi quis delegauerit, ad Maced. ſi mulier. ſi q s cau. ſed & ſi. § vlt. Nec vr̃
deierare. q ex iuſta cã deſerit iurm, ff. q ſatiſd. cog. l. ſi. C. de non nu. pe. l. ult.
& in auth. ſcenicas non ſolũ, &c. Et hoc dictũ non eſt ꝯriũ æquitati vt ſit di-
ſtinctio inter illũ, q credebat iurare rē licitã, ab illo: qui ſciebat illicitã: ſed
ius canonicũ loquit̃ de illo, qui ꝯpoſuit & renũciauit reſcripto, hoc acto, ꝙ
ſi non ſeruaretur ꝯpoſitio, poſſet vti reſcripto, dixi s̃. de reſcri. præſen. § ra
tione aũt impetrantiũ. ſuper ver. itē ꝙ renunciauit. De ſpoliato, qui renun-
ciauit literis, ſed illas non tradidit, vide, ꝙ dixi de renun. ſane. ſuper gl. pe.
An renunciare poſsit alter coniugum rubricæ, ne fideiuſſ. dot. dentur, not.
j. de do. inter vi. & vx. § 2. ſub ver. illud quoq;. de renũ. uxor filiæfa. ꝙ facit
marito vendenti, eo. tit. § 3 ſub ver. item nota, ꝙ. De filio repudiante hære-
ditatem, & reperitur poſsidere quid de bonis hæreditatis, vide j. de ſucc.
ab inteſt. poſt prin. ver. pone: quidam.
f Iuris. ¶ Hanc quæſtionem formabit Alb. Gal. de excep. ver. pe. ſed plenius
Vber. de Bob. ſui operis charta pen. ver. ſed quid dices tu.
g Diſtingue. ¶ Hanc poſuit vterque, cæteras ſolus Vber.
h Similes. ¶ Dixit Vber. de Bo. præ. ſicut eſt exceptio excommunicationis,
quod auctor non debuit omittere.
i Pone. ¶ Facit de proc. qui ad agendum. lib. 6.

cedendi in poſterũ & hęreditati mortis tpe p p incertum ↄdõnis
euentum. C. de pactis, l. j. ff. eo. l. & heredi §. filiusfamilias. & l. pa-
7 ctũ inter hæredẽ. ff. de minori. l. deniq;. §. ſi quid minori. ¶ † Itẽ ſi
daf mihi ſub ↄdõne, & ſic ſpe tm̃, illam ſpem poſſum alteri dare
C. de don. l. 2. ad idẽ ff. de re iud. ↄmodis. & facit ff. a quib. appell.
non licet. l. j. §. ſi quis aũt. C. de tẽp. app. leg. fi. § fi. ff. de ↄ̃h. emp. ſi
in emptione. § omni. Super hoc dicunt quidã, ꝙ repudiatio futu
ri iuris tacitè facta, bene tenet, C. de bo. libe. l. fi. ſecus ſi expreſſim
arg. ff. e. ti. Paulus. §. patroni. errorẽ ſuum ſumẽtes ex gl. Azo po-
ſita ff. de acq. hær. qui repudiantis. Alij dicunt, ꝙ ſola repudiatio
non valet, vt in præd. primis ↄcor. ſed pactũ de repudiãdo, factũ
bene valet, vt in ↄ̃rijs. ad idẽ C. de pac. ſi quis in ↄſcribendo. quia
pactũ nitif auctoritate duorũ, vt ff. de pac. l. j. §. pactum. Sed repu
diatio ↄſenſu vnius tm̃ fulcit, & ideo plus vr̃ poſſe pactũ, quã re-
pudiatio. & hoc vr̃ Azo ſentire ff. de reg. iur. q põt. §. ꝙ qui. Ter-
tij dicunt, ꝙ refert an renunciet gñaliter omnib. exceptionibus,
nullis enumeratis, vt tunc non teneat: an omnes. vel quædã ſint
8 enumeratæ ante, & tunc teneat. vt s̃. ver. pone. ¶ † Quid ſi quis re
nunciet iuri ſibi ↄpetenti, & ↄpetituro, lr̃is impetratis, vel impe-
trandis? Dic, vt in Summa do. mei in tit. de renun. §. quæ poſſunt.
ver. quid ergo, ſi quis. Item iuri publico renunciari non põt, ff. de
9 pactis, ius publicũ ¶ † Cui aũt iuri renunciari poſſit, ſatis plene
a no. extr. de for. ↄpe. ſi diligẽti, [a] hic tñ aliqua vtiliter adnectamus
¶ Diſtingue ergo: Nã ius publicũ, aut eſt publicũ auctoritate &
vtilitate, vt C. ſi aduerſus fiſc. leg. j. aut auctoritate tm̃. Primo ca-
ſu non põt ei renunciari: vt eſt ius eximẽdi monaſteria vel eccle-
ſias: ꝙ eſt publicũ auctoritate inſtituentis. ſ. Papę, & vtilitate eius
quia ſibi retinet illa, extra de arbit. cũ tpe. cum ſimilib. ſicut ẽt eſt
ius publicũ, ꝙ ↄſiſtit in ſacris ſacerdotib. l. j. ff. de iuſt. & iur. can. 1.
diſt. ius publicũ. Itẽ in Macedoniano ſenatuſconſulto, ꝙ eſt in-
ductũ ad communem vtilitatem & in odium creditorum, ꝙ eſt
ius: quia ſi qs filiofamilias mutuat pecuniã, ille nõ tenef ſoluere,
q̃diu eſt in ptãte nec ẽt poſt nec ẽt eius hr̃s, nec fideiuſſor. hoc. n.
inductũ fuit in odium Macedonis vſurarij, mutuãtis pecuniam
filiisfamilias, & dicentis eis, quod ſi non haberent patres, ita cito
mutuaret eis centum marchas, ſicut nunc cẽtum ſolidos: quare
inducebantur filij ad necandum parentes. Cum ergo publice vti
le ſit, ne partes à filijs interficiantur, ſtatutũ eſt, ne tali iuri poſſit
renunciari ff. ad Macedon. leg. j. & l. ſed & ſi pater. in fi. Idem eſt
in clericis, qui non poſſunt renunciare priuilegio fori ſui, vt poſ
ſint coram laico ſeculari iudice conueniri: imo iuramentum ſu-
per hoc interpoſitum non tenet, vt in præd. cap. ſi diligenti cum
ſuis cõcor. Publice enim eſt omnibus vtile, quod clerici pſallant
in eccleſijs diuina, vt 16. q. 1. generaliter. extr. de celeb. miſſar. c. j.
& c. cum creatura. nam ipſi peccata populi comedunt, i. delẽt, &
ↄſumunt, 3. q. j. nulli. & j. q. 1. Chriſtus alias, ipſi ſacerdotes. Si er-
go indifferenter per iudices ſeculares à diuinis reuocarẽtur, hoc
eſſet inutile omnibus: ideoque ſtatutum eſt, ne tali iuri renuncia-
ri poſſit, vt ſupra, ne per tales poſſint in ius vocari, vt C. de epiſc.
& cleri. auth. ſtatuimus. & ad hoc facit C. eo. ſi quis in hoc genus.
b & ff. de pactis. Imperator. [b] ff. de tranſa. Imperatores. ff. de admi.
tutor. ita autem §. Iulianus. licet ſit arg. contra C. de pac. ſi quis in
c conſcribendo. [c] & vide, quod no. s̃. de com. iud. adi. §. j. verſ. 10. &
ver. 22. & ſeq. ¶ Ius vero publicum auctoritate, ſcilicet inſtituẽ-
tis tantum eſt Velleianum ſenatuſconſultum, quod eſt inductũ
in fauorem mulierum propter ſexus fragilitatem, videlicet vt in
tercedentes, vel pro alio ſe obligantes non teneanf, ff. ad Velle. l.
d fi. [d] Item priuilegium religioſorum de non dandis decimis, ut ex
tra, de priuilegijs, ſi de terra & c. accedẽtib. Item quodlibet ius à
principe conſtitutum, quod omnes ligat: vt extr. de conſtit. c. fi.
& C. de ſumma tri. l. 1. Et iſtud ius aut eſt inductum in fauorẽ re-
nunciantis tantum, & tunc poteſt ei renunciari, vt ext. de regula-
rib. ad apoſtolicam. ff. de mino. ſi iudex. Aut in ↄmunem: & tunc
non, maxime ſi ſit in odium aliquorum, vt in præd. c. ſi diligenti.
cum ſi. & extr. de iur. cal. cæterum. Velleianum enim inductũ eſt
in fauorem mulierum tantum: & ſic in præmiſſis exemplis: & idẽ
eſt in omnibus iuribus priuatis: & de hoc no. extr. de for. compe.
dilecti. in j. gl. Nec obſtat præd. l. ſi quis in conſcribendo. quia lo-
quitur de ordine ſacerdotij, quod eſt Romæ quædam dignitas,
cui præſidens ſacerdos vocaf: vel loquitur, quia in temporalibus
poteſt coram ſeculari iudice clericus renunciare: quod non pla-
cet. alii autem ſic diſtinguunt hoc membrum: quando ſcilicet eſt
publicum auctoritate tantũ, ſed eſt utilitate priuatũ. nam aut eſt
inductũ in fauorẽ, aut in odiũ. Si in fauorẽ, aut in fauorem priua-
torum, aut certi generis perſonarum, aut Reipublicę. Si in fauo
rem priuatorũ, aut eſt inductum propter priuatos, non habẽdo
reſpectũ ad alios, aut habendo ad alios reſpectum. Si non haben
do reſpectum ad alios, tunc poteſt illi iuri renunciari: & ſic loqui
tur prę. l. ſi qs in ↄſcribendo. & ff. de ædil. edi. l. q̃ritur de illa. Si ha
bendo reſpectum, tũc non poteſt, vt in præd. c. ſi diligenti. Si ve-
ro in fauorem certi generis perſonarũ, aut fuit certificata illa p-
ſona de iure ſuo, aut non. Si fuit certificata, põt renũciare illi iuri

ff. de trãſ. cũ Aquiliana. Si non fuit nõ põt, ff. ad Vel. l. ſi § pe. vbi
not. & intra dicã, cũ de epiſtola diui Adriani tractabo. Si uero in
fauorẽ Reipublicæ, aut expreſſe renũciat illi iuri, & tũc nõ valet
renũciatio: aut tacite, & tunc valet hæc taciturnitas, ſed põt p iu
dicem reuocari: & hæc colliguntur C. de iur. cal. l. 2. §. ſed quia ve
remur. Porro ſi ſit in odium introductũ, non põt ei renunciari,
vt in Macedoniano dictum eſt, & in priuilegio clericorũ, qđ eſt
inductum in odium laicorũ, qui eis ſunt oppido, id eſt valde, in-
feſti, vt 2. q. 7. c. laicos. Tertii vero dicunt, ꝙ ius publicum quan-
doq; præcipit, & q̃nq; prohibet: & his caſibus ei renunciari non
poteſt, ut in d. c. ſi diligenti. & in Macedoniano quandoq; pmit-
tit, vt in priuilegio de decimis non dandis, & in Velleiano: & tũc
poteſt ei renunciari, ut ſupra, ius vero publicum. Dominus meus
diſtinguit inter ius publicum reale, & perſonale. Quis autem poſ
ſit per priuilegiũ tollere aliquod ius in genere, vel in ſpecie, not.
10 ſupra de inſt. edi. §. nunc autem. verſi. & ſcias. ¶ † Et quoniam de
renunciatione hic loquimur, ſcias, ꝙ quotidie quibuſdam iurib.
in inſtr̃is publicis renunciaf: & hac renunciatione tabelliones iu-
ris ignari abutunf. Nota ergo, ꝙ quatuor ſunt beneficia iuris, qb.
p̃cipue ſolet in inſtr̃is renunciari. ſ. beneficiũ epiſtolæ diui Adria-
ni, & nouæ ↄſtõnis de fideiuſſorib. & nouæ ↄſtitutionis de duob.
reis, & cedendarũ actionum: de quib. beneficiis in ſingulis & aliis
ad qđ valeant, & in quib. inter ſe differãf, videamus. In primis er
go renunciatur beneficio diui Adriani epiſtolæ. de qua habetur
C. de conſtit. pec. l. fin. & Inſtit. de fideiuſ. § ſi plures. ff. de fideiuſ.
inter fideiuſſores. & l. ſi plures. & l. ſi dubitet. & s̃. de actore. verſi.
item repellit creditor. Dicamus ergo, ꝙ ſit huius epiſtolæ benefi
e ciũ, & inter quos locũ hẽat, & qñ proponaf, & qñ ceſſet. [e] Hoc
ſuppoſito ſcias, ꝙ huius epiſtolæ verba non habemus, ſed eius te
nor & ſententia recitatur in præd. l. ſi. C. de ↄſti. pec. & in præd. §.
ſi plures. Beneficiũ ergo eius epiſtolæ eſt, ꝙ q̃uis aliqui ſint in ſolĩ
f dũ obligati, tñ per eius beneficiũ, ſi omnes [f] præſentes ſint ſoluen-
do tempore litis cõteſtatę, poſſunt poſtulare, ut diuidaf actio in-
ter eos, vt vnuſquiſque pro virili actione conueniatur: alioquin
niſi dicto beneficio iuuarentur, poſſet creditor quẽ mallet, in ſo-
lidum conuenire, vt probatur in præd. concor. Si ergo huic bene
ficio fuerit renunciatum, poterit creditor quem maluerit, cõue-
11 nire. † Nunc dicamus inter quos locum habeat. Et quidem, inter
fideiuſſores, & mandatores & conſtitutores, ut in præalleg. con-
cor. item & inter cõtutores, ad exemplum prædictorũ, ff. de tu-
te. & rat. diſt. l. 1. §. nunc tractemus. Sed inter alios debitores prin
cipales ſecundum iura antiqua non habebat locum, quãdo om-
12 nes erant ſoluendo, & præſentes. ¶ † Sed quid ſi dubitetur, an
omnes ſint ſoluendo, vel non? reſpon. ſecundum l. ff. de fideiuſſ.
ſi dubitet. reſpon. 1. Quid ſi plures ſunt fideiuſſores, & ſimiles, &
omnes ſunt abſentes, & conſtat omnes eſſe ſoluendo: nunquid
deſiderare

ADDITIONES.

a Diligenti. ¶ In j. gl. & quod ſuper ea plene ſcripſi in fi. cũ ſuis remiſſio. ad.
Summam Hoſt. & ad §. quia vero. in auth. ut ma. ſine prohi. Col. 7.

b Imperator. ¶ Alias incipit debitori.

c Conſcribendo. ¶ Solue, ut ſcripſi in c. ſi diligenti. in 1. gloſ. in prin. & infra
ſequitur.

d L. fi. Qũo huic dicto reſiſtif? rõne p̃dictæ fragilitatis, q̃ ſicut eſſet in inter-
cedendo, ſic in renunciando: ſcripſi in decret. ſi diligenti. ſuper prima glo.
vltra prin. vide in materia diſtinctionẽ, q̃ ponit Cy. in l. fi. C. ad Velle. dice
bat aũt Vber. de Bo. ſup l. antiquæ C. ad Velle. ꝙ ad ligandã mulierẽ inter
cedentẽ neceſſaria ſunt fortia vincula. petaf ergo, ꝙ renũciet bñficio S. C.
Velleia. & omni iuris auxilio. Itẽ legi, antiquæ C. ad Velle. Itẽ renunciet,
vt obligef, licet pecunia nõ ſit uerſa in eius vtilitatẽ. Itẽ ꝙ iuret ſe certifi-
catã. Et dicit, eã de quolibet p̃dictorũ iuriũ certificandã, & in inſtr̃o id ex-
primẽdũ, p l. manifeſtiſsimi. §. ſi aũt neſcius. C. de fur. vbi ẽt allegat ad idẽ
ff. de inoff. teſt. mater decedẽs. & l. nihil intereſt. §. pe. ff. de trãſ. q cũ tutori-
bus. in fi. de inſti. l. habebat. in fi j. reſpõ. de inter. act. de ætate. §. ex cauſa. de
acq. hr̃. in repudianda. & l. Claudius. qñ actio de pec. eſt an. l. quæſitũ. & ui-
de j. uer. ceſſat. Et hæc ſatisfaciũt ↄ̃ opi. dicentiũ, renũciationẽ vxoris ge-
neralem factam Titio de omnibus contractibus, quos maritus iniit cum
illis, ualere.

ADDE, ꝙ mulier & minor ſint de bñficiis ſpecifice certificandi: tenet Bal.
conſi. 4. 3. lib. & cxxxiii. eod. lib. licet Bart. contra in auth. ſacramenta pu-
berum. & vide Bal. conſi. xl. v. lib.

ADDITIO. Adde Ale. conſi. xlii. incip. ſup præmiſſo, col. 4. verſ. ſexto
ꝙ in 1. vol. ubi an mulier, minor & ruſticus, ẽt ſi ſcienter decepti fuerint ul
tra dimidiã in ↄ̃ctu poſſint ipſum ↄ̃ctũ reſcindere, niſi de beneficio certio-
rati fuerint: & vide Soci. in tractatu ſuo fallen. in reg. cclxxiii. ubi, qñ mu-
lier de Velleiano non certiorata, ſi ei renunciet, teneat renũciatio? & quã-
do mulier fideiubens non iuuetur Velleiano? vide ſingulariter Lud. Ro.
ſingulari 323. inci. Tu ſai, ꝙ mulier. Henr. Ferran.

e Ceſſet. ¶ Quod de hoc ponit per centũ membra diuiſim, habuit ab Hoſt.
in Summa de fideiuſ. ſub §. pe.

f Omnes. ¶ Per id quod ſequitur, videtur male dictum, omnes præſentes, q
ſoluendo ſunt, &c. ſed poteſt defendi per illud, iam præſentes. quod ſequi
tur; quaſi intendat: quod omnes erant abſentes & omnes uocati, & aliqui
uenerunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deſiderare poſſunt præſentes , vt actiones inter eos diuidantur
an etiam præſentes poſſunt in ſolidum conueniri? Dicunt quidā
ꝙ iā præſentes poſſunt deſiderare,ut inter oēs pręſentes & abſen
tes actiones diuidant̄,arg.ff.e.ſi fideiuſſorem.§.ſi plures. Sed dn̄s
Homobonus ꝯ,arg.præd.l.ſi dubitet ibi,præſto ſint: ideſt,pn̄tes.
Ergo à ꝯrio colligit,ꝙ pro abſentib.locum non habet.Item arg.
ad hoc C.de duob.reis,auth.hoc ita.& C.& fideiuſ.auth.præſen-
te.Nec obſtat pręd.l.ſi fideiuſſorem quia ibi eſt aliquid,quod im
putari poterat creditori:ſc.quare unum ex fideiuſſorib.ſub con-
ditione recepit.At hic nil poteſt imputari , argu. ff.ex quib.cau.
13 ma.ſed & ſi per prætorem.§.j.¶†Quid ſi præſentes petāt dilatio
nem ad ducendum confideiuſſores abſentes pro parte conue-
niendos,nunquid iudex dabit eam,ſicut contingit in fideiuſſore
pręſente,& reo principali abſente? vt in præd.auth.præſente.Re
ſpon.non,ſecundum Azo. ſicut nec reo debēdi daretur tempus
vt alium correum abſentem deducat ęqualiter conueniendum ,
vt not.in præd.authē. hoc ita. Quid ſi aliquis primo dedit vnum
fideiuſſorem,deinde ex interuallo dedit alium? Reſpon.dixerūt
Hoſt.& Azo,quod non habet locum beneficium epiſtolæ inter
a eos,ff de fideiuſſ.ſi plures.in prin.& l.ſi Titius & Seia.[a] ¶†Sequi
14 tur videre,quando hoc beneficium proponatur.Et certe ante li
tis conteſtationem,& poſt quandocunque ante ſententiam , vt
C.de fideiuſ.fideiuſſor.Sed nunquid poſt ſententiam? Dicūt qui
dam,ꝙ ſic:ſicut & beneficium cedendarum actionum,ut ff.eo.ſi
fideiuſſores in id.§.fin. & l.inter eos.§. fi. Sed Homobonus con-
tra,ut in præd.l. ſi fideiuſſores.& C.ſent reſcin.non poſſ. perem-
ptorias.Nec obſtat prædic.l.inter eos.§.fi.quia ibi non fuit con-
15 demnatus fideiuſſor ex cauſa fideiuſſionis. ¶† Ceſſat autē hoc
beneficium quibuſdam exiſtentibus non ſoluendo,quo ad illos:
item quibuſdam abſentibus,ſecūdum Homobo.vt patet ex pręmiſſis.Item ſi fuerit ei renunciatum,C de pactis, ſi quis in cōſcri
bendo.extr.de regular.c ad apoſtolicam.& ideo in inſtrumentis
ponunt tabelliones , Et renunciauerunt epiſtolæ, ſeu beneficio
diui Adriani. Valet autem renunciatio, ſi renunciantes ſciuerūt
hoc beneficium ſibi competere,etiam ſi non fuerunt à creditore
vel tabellione certiorati,vt ff.de act.emp.& uen.l.j.in fi. Si vero
neſciuerunt,nec certiorati ſunt,non videtur, quod teneat renū-
ciatio : quia non videtur quis renunciare iuri , quod ignorat ſibi
competere,vt ff.de inoffi.teſta.mater decedens.& arg.C.de fur
tis,l.ſi §.ſin autem.& ff.de tranſac.cum Aquiliana.& l. qui cum
tutorib.& in pręc.ad apoſtolicam.nec videtur perimi,&c.ut ff.
eo.q cum tutorib.in fi.& ſic ſentiunt plurimi : & idem dicunt in
renunciatione Velleiani & ſimilibus : ideoque diſcreti tabellio-
nes apponunt in inſtrumentis, Et renunciauerunt tali beneficio,
ꝙ eſt tale,ſuper hoc certiorari à me tabellione. Vel dic , ꝙ tenet
renunciatio,licet ignorauerit , argumen.ff.de public.& uect l.fi.
§.licet.& §.ſeq.& ff.de doli exce.l.doli exceptio Item ceſſat hoc
beneficium propter mendacium,ſi fideiuſſores & ſimiles fuerint
inficiati ſe fideiuſſiſſe,ut in præd.l.ſi dubitet.§.ita demum.ſecun
dum Homobo.Item ceſſat inter plures curatores:de hoc not. ff.
16 de cur.bo.dan.l.3.§.fi.¶†Viſo de beneficio epiſtolæ diui Adria
ni,uidendum reſtat de beneficio nouæ conſtitutionis de fideiuſ
ſoribus:de quo habetur in authen de fideiuſ.in prin. & in præd.
authen.præſente.& ſupra de except §.dicto. uer. quid de excep.
quoniam. & per illud ſuccurritur fideiuſſorib. ut poſtulare poſ-
ſint,quod reus principalis primo conueniatur. Succurritur etiā
b per ipſum mandatoribus & ſponſoribus.[b] Et hæc uera ſunt ſi ip-
ſe reus principalis præſens fuerit,& ſoluendo,ut in præd. cōcor.
Ante tempus uero prædictæ conſtitutionis poterat creditor cō-
uenire,quem uolebat:primo ſcilicet fideiuſſorem,uel reum prin
cipalem,niſi inter partes aliud conueniſſet , ut C. eo.iure noſtro.
quæ hodie corrigitur per prædictam authen. Si igitur huic con-
17 ſtitutioni renunciatum ſit,reditur ad ius antiquum ¶ † Sequi-
tur uidere de beneficio nouę ꝯſtitutionis de duobus reis : de quo
legitur in præd.authen.hoc ita. quod eſt poſitum de duobus reis
ſtipul.uel promit.per quod ſubuenitur duobus reis debendi,uel
promittendi,ut per ipſum poſtulare poſſint ſed non in ſolidum,
ſe pro parte tantum conueniri:& hoc ſi omnes præſentes ſint,&
idonei,id eſt ſoluendo,ut probatur in præd.auth.& in authen.de
duobus reis promit . Sed ante tempora prædictæ conſtitutionis
potuiſſet creditor quemlibet in ſolidum conuenire, ut C.eo.l.1.
& ff eod.l.2.Ad hoc ergo , ut quilibet in ſolidum teneatur, duo
ſunt neceſſaria:ſcilicet quod promittant.& ſe in ſolidū obligent
18 & quod huic beneficio renuncient.¶†Et nota,quod quandoq;
duo,uel plures ſe principaliter obligant,& in ſolidum,ibi locum
habent pręmiſſæ tres renunciationes: & ſcribentur hoc modo :
FORMA. Renunciantes beneficio nouarum cōſtitutionum , &
epiſtolæ diui Adriani. Vnus enim pro altero intercedit, quando
ſe obligant ultra partem ſibi contingentem . Sed ſi fideiuſſor ſe
principalem conſtituit,nunquid poterit prius quam principalis
debitor,conueniri? Dicunt quidā,quod ſic:alij contra,& uerius
nam certum eſt,eum ſemper pro alio interuenire:& origo inſpi-
cienda eſt,ff.de dona.qui id,quod.C.ad Macedo.ſi filius. & not.
c ſecundum Azo.in Summa de fideiuſſor.[c] ¶†Quid,[d] ſi ſunt duo
19 rei,& ſic adinuicem fideiubere uidentur? ut in auth.de duo.reis,
d in prin.& not.ff.ad Velleia.l.uir uxori § fi. nunquid unus pote-
rit allegare,quod alter primo conueniatur? Azo not.quod non
e in Summa eo.tit.[e] & uide infra in tit.de fideiuſ.¶ Illud autē ſcias,
quod duo rei debendi conſtituuntur re,uel uerbis : quod dic,ut
not.C ſi cer.pet.ſi non ſinguli & C de duo.re.ſtipul.authen. hoc
20 ita.¶†Quid ſi uni ex reis ſtipulandi ſolutum eſt? Dic , quod non
tenetur alteri correo dare medietatem,niſi ſint ſocij,ff.ad l.Falc.
f in lege Falcidia.[f] Sed nunquid uni conceduntur iura contra alte-
rum? Reſpō.ſic,pro parte,ut no.C.de duob.re.deben.l.j.Quid ſi
ſunt tres rei debendi,& ſunt obligati in 30.& quiſque in ſolidū,
demum conuenio unum , & ei cedo iura contra quemlibet alio-
rum in 20.ille uero agit contra unum ad 20.iure ceſſo? dic,quod
poteſt,ut not.C.eo.l.j.in fi.Quid ſi alter eorum eſt inops? Dic, ꝙ
periculū diuidet̄ inter eos,q ſoluendo ſunt,ut C.eo.tit.authent.
hoc ita,ff.de fideiuſſor.ſi dubitet.ff.de tut.& rat.diſ.l.i.§ nunc.&
g ff.ꝓ ſocio,ſi unus.§ j [g] ¶† Poſtremo dicendū eſt de beneficio ce-
21 dēdarū actionū:de quo hr̄ ff.de fideiuſ.l.fideiuſſorib.& ff.de ſo-
lu.Modeſtinus.& l.Stichū,aut Pamphilū.§. pen. per ꝙ poſtulare
pn̄t fideiuſſores & alij,q obligati ſunt in una obligatione ſibi ce
di iura ꝯ fideiuſſores,& alios ꝓ quib.obligati ſunt :alioquin niſi
cedant̄ eis,poſſunt recuſare ſolutiones,ut in prædic l.Stichū, aut
Pamphilum.§.pe.¶ Sed dices,quid prodeſt creditori,ſi renuncie
tur beneficio cedendarum actionum , cum a quocunque ſolua-
tur,habeat ſibi debitum:& cum ſibi debitum receperit,quid pro
deſt ſibi non cedere iura? Reſpon.ſi eſt renunciatum huic benefi-
cio,poterit creditor gratificare amico,uel amicis ſuis: quia pote
rit eligere unum ex fideiuſſoribus,quando plures erunt, & eum
in ſolidum conuenire : nec is poterit opponere,cedas mihi iura,
cum iam fuerit huic beneficio renunciatum:& ſic exonerabit &
22 releuabit amicum ſuum ¶ † Sed pone, emi domum a T uxore
h eius nec conſentiente,nec iuri hypothecarum renunciante:[h] de
mum ipſa agit cōtra me hypothecaria: quærit̄,an poſſim ei op-
ponere exceptionem cedendarum actionum ? Dicunt quidam,
quod non:quia renunciatio in una re facta,in alia non nocet , C.
ad Vel-

ADDITIONES.

a Et Seia. ¶ Secundum Alber.Gal.rubrica de fideiuſſoribus.
b Sponſoribus. ¶ Dominus meus in legibus,in ſua quæſt.quæ incipit, habeo debitorē.tenuit,ꝙ ſi amica debitoris mei,cuius bona iuſſa erant capi,& iā capta,rogauit,ꝙ bona ſibi relaxarē,promittens mihi ſoluere certa die: qua elapſa eam ꝯuenero,non poterit petere prius principalē cōueniri, vel eius bona excuti:cum ex tali forma mandati renunciatū videatur illi beneficio fideiuſſorum,vel mandatorum,per præd.auth.de fideiuſ.eis ꝯceſſo,cui renunciari poterit,vt ſequit̄.ff.de pac.l.paciſci.Patet ex prædictis,ꝙ ipſe tenuit inter creditorem & amicū debitoris fuiſſe mādatū : refert tñ,ꝙ aliq.b. tunc videbat̄ agi debere certi condictione ex ſtipulatione . quaſi omnia videantur acta ſolenniter,ꝑ verbū Promittens.Sed ipſe dicit ꝙ his obſt.gl. C.de vſur.l.j.dicit,ꝙ alijs videbat̄ fuiſſe ꝯctum innominatū,Facio vt des : & ſic agendum Præſcriptis verbis,vel Do,vt facias ff.de præſcri. verbis, l. naturalis.§.ꝙ ſi faciam alijs videbatur agendum , Conſtituta pecunia ff.de conſtit.pec.l.qui autem.in fi.& l. quidam. Sed iſtis obuiat eo.tit.l.1.§.eum, qui inutiliter.
ADDE,quod ſi ſecundo loco promittens ꝓmittat ſoluere abſq; aliqua exceptione,ꝙ tamen poterit opponere,ꝙ prius excutiatur principalis,ſecūdum Rom.conſi.211.
c Fideiu. ¶ Scilicet authenticorum:dixit hoc Alb.Gal.rub.de fideiuſſ.& verum dixit:ibi vide in ver.ſecundo quæritur.
d Quid. ¶ Iſte ver.cum ver.ſeq.ſunt Alber.Gal.tit.de duo.reis.
e Summa eo.tit. ¶ Scilicet de duob reis,in fi.
f Falci. ¶ De hoc plene ſcripſi ſuper reſpon.de ſol.j.
g Primo. ¶ Secundum Alber.Gal vt prædixi.
h Renunciante.¶ Comperi(vti infra dicam)ex ſimilitudine dictionis hic eſſe defectū poſt ver. renunciante. quia Titius poſtea vendidit alteri prædiū vxore conſentiente,& renunciante demum,&c.& tunc optime ſequit̄ verſ. cæterum.qui ꝯuertit caſum,& omnia clara,1.q.j.& 2.op. quæ ſic poſuit Alber.Gal.de excep.ver.ſed pone,ꝙ Tanc.Hic aūt ſciendum,ꝙ Gui.de Suz. ſuper aut.ꝙ locū. C.de colla. inſtat circa caſum hic ꝯuerſum , quē ampliat ponendo,ꝙ marito alienanti q̄ plura prædia ꝯſenſit vxor , & renunciauit : poſtea vnius,vel plurium alienationi nō ꝯſenſit:& agit hypothecaria ꝯ emptorē:dicamus vltimū,cui non ꝯſenſit:ille excipit, ꝙ non pōt cedere ꝯ primos emptores,quib.ꝯſenſit:quærit,an exceptio illā repellat? Dicit pluries iudicatum,ꝙ ſic,per l.mulier.ff.qui pot.in pig.hab.& per l.Stichū.§.pe. ff. de ſol.Ipſe tenet ꝯrium, tum quia habet hypothecariam in prædijs , quib. non conſenſit viro alienanti: tum quia perſonalem habet contra maritum, quam cedere poteſt,ut in præd.l mulier.
ADDE,an ille,qui conſentit alienationi,poſsit repelli ab actione hypothecæ,tanquam non habeat beneficium cedendarum? Bal.conſi.388, Et quando competat beneficium cedendarum,per eundem conſi.367.j.lib.& conſ. 386.3.lib.Feder.conſi.241.
ADDITIO. An beneficium cedendarum poſsit implorari in executione ſententiæ, vide Bald.conſi.109.incip.quilibet iuſtus.in 3.volu.in verſic. ſi autem.Henr.Ferran.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

a ad Velleia.iubemus.[a] Alij ꝯ.nam ſtatim empta domo, acquiſita
fuit mihi dicta exceptio, quę mihi auferri nequit, ff.de pactis, l.
ſi.Iuſto enim poſſeſſori cedenda ſunt iura, ff.qui pot.in pig.hab.
b mulier.[b] ff.de leg.j.ſi res.Cęterum ſi vir vendit primo, & mulier
conſenſit, & renunciauit: deinde vendidit ſecundo, nec renũcia-
uit: ſi nunc agit ꝯ ſecundum, non obſtat ei exceptio cedẽdarum
actionum: argu.ff.quod quiſque iur.l.3.ſecundum Alber.Ga. &
c vide ȷ̃.verſ.item beneficium iuris hypothecæ.[c] Poteſt autem fi-
d deiuſſor proponere exceptionẽ ceſſionis, etiam ante[d] ſententiã
23 ff.de fideiuſ.ſi fidejuſſor.§.idem reſpond.¶† Quid ſi ceſſio facta
eſt ex interuallo poſt ſolutionem? Dic, quod nõ valet ceſſio, vt
ff.de ſol Modeſtinus.& diſtingue, prout no.ſt.mã.l.Papinianus.
ff.de ſol.Stichũ.Quòd ſi ſunt plures fideiuſſores, ceſſio facienda
eſt pro parte, & non inſolidum, vt no.Azo in Summa in tit.de fi-
deiuſſor.§ ꝯuentus.Sed pone, A.fideiuſſor B.fuit pro huiuſmo-
di fideiuſſione condemnatus T.ad decem: nunc T.conuenit ip-
ſum A.actione iudicati pro illis decẽ: ille vero opponit exceptio
nem cedendarum actionum, nunquid poteſt? Reſpon.ſic, vt ff.
e de fideiu.fideiuſſor.§.fi.[e] Item pone, venditor poſt venditionem
acquiſiuit aliquam exceptionem: nũquid emptor poterit uti ea?
Dicunt quidam, quod non, vt not ff.de hæred.vel act.ven.l.em
ptori.Sed illud locum habet in actione: vnde in exceptione dic
quod ſic, vt ff.de reb.eorum qui ſub tu.illicite.de hoc not.ff.de
24 petit.hæredi.nec vllam.§.pe.¶† Quid ſi creditor conſenſit ven-
ditioni pignoris? dic, ꝙ acquiſita eſt exceptio cedendarũ actio-
num fideiuſſori, vt in procuratore in rem ſuam conſtituto: alias
dixi.¶ Et nota, præmiſſa beneficia locum habere, niſi eis fuerit re
nunciatum: quod fieri poteſt, vt ſupra dixi: & tunc non poſſunt
deſiderari, vt 7.q.j.quam periculoſum extra.de reg.& trãſeunt.
ad relig.ad apoſtolicam.Item quære hic, vt infra de oblig.& ſol.
25 §.j.ver.illud etiam quæritur.¶† Sunt & alia beneficia, quib.quo
tidie in inſtrumentis renunciaт, & eis renunciari poteſt: puta Cõ
dictio indebiti: quia ſi quis ſoluerit, quod ſoluere nõ tenebatur,
ideo repetere poteſt, vt C.& ff de condi.indeb.per totũ.¶ Item
condictio ſine cauſa, quæ dicit, quod obligatus ſine cauſa vel ex
iniuſta, non tenetur, vt C.& ff.de condi.ſine cauſa.¶ Item Actio
in factum, quę competit ex varijs figuris cauſarum, de qua ſupra
de act.ſeu pet.§.2.verſ.rurſus & ſeq.¶ Item exceptio doli mali,
ſcilicet cum quis aſſerit ſe dolo & caliditate alicuius ad aliquid
inductum: & huic exceptioni ob dolum præteritum renunciari
poteſt, vt ff.de doli except.& C.& ff.de dolo malo, per totum.
¶ Item beneficium conditionis incerti, quod locũ habet, cum
hæres rogatus eſt mihi reſtituere hæreditatem, vel partem eius:
ſeu quando ſum ei ſubſtitutus in eo caſu, ſi contingat eum dece
dere ſine liberis: & hoc incertum conditionis ei remittere & re-
nunciare poſſum, C.de pac.l.j.& l.cum proponas.j & C.de trãſa.
de fideicommiſſo.& dic, vt infra de empt.& ven.§.3.ver.ſi autẽ.
f & extra de teſta.Raynutius.[f] ¶ Item beneficium iuris hypotheca
rum: quod competit vxori in bonis viri, quia omnia bona viri
ſunt ei tacite pro dote obligata: & huic poteſt ipſa renunciare tã
viro, quam cõtrahentibus, certificata tamen de ipſo, C.de pac.
con.tam ſuper do.l.fi.ext.de pign.ex literis.ad fi.& s̃ verſi.ceſſat
autem.& dic vt in præ.§.3.ver.ſed & ſi.& ver.j.& ſeq.& s̃.verſic.
ſed pone.¶ Item etiam beneficium iuris hypothecarum, quod
cõpetit creditorij, cui bona ſui debitoris ſunt expreſſe, vel taci-
te obligata, C.de pig l.2.quæ res pig.oblig.poſ.l.fi.¶ Item benefi
cium Velleiani ſenatuſconſulti: de quo ſupra uerſic.ius vero pu-
blicum auctoritate.¶ Item mater, vel auia recipientes tutelam fi
lij, vel nepotis, renũciant ſecũdis nuptijs & Velleiano.ut C.quã-
g do mulier tut.offi.ſun.poteſt, auten.matri.[g] Item generaliter re-
nunciari conſueuit omni legum auxilio: quæ renunciatio parũ
h valet,[h] licet lex eam ponat, C.quando mulier tut.offi.ſun l.fin.[i]
i ¶† Sunt etiam & alia beneficia, quibus poteſt, quo ad quid, renũ
26 ciari, & quo ad quid, non.¶ Eſt enim beneficiũ redhibitoriæ, cõ
petens ementi ignoranter rem morboſam, uel vitioſam poteſt
nãque contra uenditorem agere intra ſex menſes utiles, ut red-
27 dat pretium, & rem recuperet.¶† Item eſt & beneficium, quod
dicitur Quanto minoris: quod dicit, ut emẽs ignoranter animal
uel rem uitioſam, poſſit agere intra annum utilem contra uendi
torem, petendo illam partẽ pretij reddi ſibi, quam non dediſſet
ſi uitium ſciuiſſet hæc probantur ff.de redhib.actio.ſciendum §.
k fi.& l.ſequen [k] Et his beneficijs renunciare poteſt emptor, & re-
nunciatio uenditori ignorãti morbum, uel vitium, prodeſt ſi au-
tem ſciuit, & tacuit, nec emptorem certificauit, ratione doli ſui
non ualet renunciatio, ff.eo.quæritur § ſi uenditor & §.ſequẽ.
de hoc dic, ut infra de locat §.iam dicendum.ver ad euidentiam
& de emp & uen § nunc dicendum.verſi quid ſi uenditor.¶ Eſt
etiam & beneficiũ feriarum, ne quis in eis in ius uocetur: de quo
dic, ut ſupra de fer.§.nunc uideamus.¶ Sunt præterea & alia be-
neficia, quibus renunciari non poteſt, ut beneficiũ Macedonia-
ni, de quo dixi ſupra uerſi.cui autem iuri.¶ Item beneficium re-
ſtitutionis in integrum, quod competit minoribus ſui facilitate
læſis, ut not.infra de in integ.reſtit.§ qualiter.uerſi ſed nunquid
28 minor.¶† Item beneficium, ut quis condemnetur in quantum
facere poteſt, id eſt habita ratione ne egeat: quod competit ma-
rito & eius patri ab uxore conuento: & uxori & eius patri a uiro
conuentæ: & patrono à liberto conuento: & ſocero à genero cõ
uento: & patri à filio, uel a filia conuento: & huic renunciari po-
teſt.hæc probantur in concord.quas habes ſupra de except.§ di-
29 cto.uerſi.hoc tamen fallit & § j.uerſic.anomalæ.¶† Item eſt be-
neficium, quod dicit, ne liber homo ob æs alienũ obligetur: cui
renunciari non poteſt, quia hoc eſſet contrarium libertati, ut C.
de act.& oblig.l.ob ęs alienum.extra de pign.cap.2.cum ſuis cõ-
l cord.[l] Contrarium tamen faciunt Doctores Bonoñ. qui ſchola-
res, quibus pecuniam mutuant, faciunt prædictis legibus ob æs
alienum ſpecialiter renunciare ut eos ualeãt detinere: & pro eis
facit ff.de his quæ in frau cred.ait prætor.§.ſi debitorem.ubi di-
cit, quod debitorem meum fugientem mea auctoritate capere
poſſum: ergo & per pactũ hic conueniri poteſt, ſicut alias, C.de
pigno act.l.penulti.& de pigno.creditores: Sed dic, tale pactum
nõ ualere in ſcholaribus, C de patribus, qui fil diſt l.j.In ſcripto-
ribus autem ualere poteſt ſi conueniant, ut debeant in certo lo-
co ſtare, uel ſcribere, quo caſu etiam in compedibus poterũt re-
tineri.Et idem in obſidibus, ut extra de iureiur.ex reſcripto.pro-
m pter conſuetudinem generalem, ſecundum Vber.[m] ¶† Item ex-
30 ceptio non numeratæ pecuniæ, ſiue non traditæ, uel redhibitæ
rei, quandoque competit intra duos annos, quandoq; intra 30.
dies, aliqñ intra annum, aliquando intra tres menſes. Si enim
debitor

ADDITIONES.

a Iubemus. ¶ Ibi vide eum in vlti.q. vbi in fi. auctorem vocat corniculam
b Mulier. ¶ In meis voluminibus finitur hic dictum Alber.Gal.
c Hypothecæ. ¶ Vide ſupra de ceſsio.actionum.§.j.ante fi.verſ.ſed pone.& duo ver.ſeq.fuerunt etiam Alb.Gal.ſaluo.quod ſtatim dicam.
d Etiam ante. ¶ Alb Gal.dixit poſt: & hoc magis conuenit legi: ſed auctor voluit facere ſecundum Vbert. hic, de illo poſt: vel forte prius fecerat illum.
e §.fi. ¶ Quatuor ſunt ibi leges, quę ſic incipiunt, ex quibus vna ſola habet §.& illa non facit.veritas eſt, ꝙ lex allegata s̃.verſi.põt hoc probat, & §.ibi nominatus eſt etiam vlterius: & vide, quod ibi dixi.
f Raynutius. ¶ Et ibi not.ante fi.3 glo.vt not.s̃.eo.§.ver.quid ſi quis in ſecũda ſolutione.
g Matri. ¶ De nup.Dic, vt ibi in auth.ſacramenta.Item ſunt & alia quædam vt patet infra.de ſolu.§.j.verſicu.porro.in fin.& in alijs formis, ut in eod.§.litis.& verſi.2.
h Valet.Dixit Vber.ꝙ valet ad excludendum tertium teſtem, quem requirit l.antiquam.C.ad Velle.
i L.fi. ¶ Per hoc poteſt idem dici, cum renunciatur in genere beneficio ſtatutorum: ſi uero in ſpecie, ſit locus diſtinctioni poſitæ ſupra ver.item iuri publico.de hoc Gui.de Suz.in quęſtione ſtatutorum.2.
k L.ſeq. ¶ Quod dixi, vide de ſimo.licet Heli.ſuper gl.ſic s̃.
l Suis concor. ¶ Formam libelli ꝯtra creditorem in hoc caſu vide ȷ̃.de pig.§ j.ad fi.ver.item ob æs.
m Secundum Vber. ¶ Quod dictum eſt de ſcriptoribus, not.per Accur.ff.de no.oper.nunc.l.ſtipulatio.§.ſiue autem in j.glo.quæ dicit, quod ſicut ibi publica vtilitas, quæ læderetur ex contemptu edicti prætoris, inducit, ꝙ quis præciſè cogitur ad factum, ſic & hoc caſu turbaretur publica vtilitas, ſtudium ſcilicet: & dicit omnes Doctores Bonoñ. reſidentes in hoc cõcordaſſe. Vnde Dyn.ibi dicebat pro glo.quod non erat ibi inuenire maiorem rationem, quam de ſcriptore, dicens, quod licet ibi pareat edicto, præciſè tamen compellitur ad demoliendum: inducit etiam pro glo.ff.de procu.ſed & hæ.§.præter.cui concor.cle.de procu.c.1.inducit etiam ff.quod me.cau.ſi cum exceptione.§.ſed & ſi quis.in fi.cui concor.de iureiuran.Quintaualis.& capit.venientes.in fi.Ipſe tamen tenet contrarium in ſcriptore parato ſoluere verum intereſſe: quod eſt regulare in quocunque, qui tenetur ad factum, ff.de re iudic.ſi quis ab alio.§.fin.etiam ſi factum conſiſtat in operis ff.de uerbo.obligat.in ſtipulationibus.§.operarum.inducit etiam præd.l.ob æs.Et quia ſtare in carcere, eſt quædam ſpecies ſeruitutis, ff.de lib.ho.exhib.l.2.ad id.ff.de condit & demonſt.l.Titio.§.Titia.de hoc etiam quãdoque aliquid dixit in alia.§.eleganter.ff.ſolu.matr.Ad §.illum reſpondet, quod ibi non cogitur ſuis manibus demoliri, ſed præſtare patientiam & impenſas. Item ibi actio ex ſtipulatu ſubrogata in locum actionis in factũ quæ datur ex eo edicto ad demoliendum illius naturam ſequitur, ff.ſi quis cautio.ſi eum.§.qui iniuriarum.Temperat tamen hoc dictum dicens, gloſ.ſecundum quoſdam locum habere poſſe, quando eſſet electa perſonæ induſtria, ff.de ſolu.inter artifices.& extra de off.deleg.c.vlti.§.2.alias ſtabitur regulæ, de qua ſupra.Et ſi de electione dubitatur, pręſumetur electa induſtria, ff.de leg.3.fideicommiſſa.§.fi.Concurrit cum his materia, qua quæritur, an quis renunciare poſsit beneficio ceſsionis bonorum, de quo C.qui bo.ced.poſ.l.j.ubi plene Cyn.tractat hanc quæſtionem, ponens ad literam conſilium Iaco.de Are.ſuper hoc datum in Vrbe: & tenet, quod ſi per pactum in contractu fiat renunciatio, ualet; alias non: ibi uide.
ADDE, quòd Federic.conſilio.9.idem tenet, ſi pactum eſt iuramento firmatum.

debitor confitetur ſe mutuo pecuniam accepiſſe, quam in veritate non recepit, poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, intra duos annos à die cõfeſſionis factæ: creditor vero, qui confeſſus eſt ſub ſpe futuræ numerationis creditum ſuum recepiſſe à debitore, habet exceptionem nõ numeratæ pecuniæ, intra 30 dies, C.de non num.pec.l.in contractibus.reſpon.j in fin. & §.ſuper ceteris.& Inſt.de literar.obl.in fi.Quid ſi renuncietur?
31 dic, vt j.de oblig.& ſol.§.j.verſic j.ad fin.¶ † Sed & marito, qui confeſſus eſt ſub ſpe futuræ numerationis ſe dotem accepiſſe, cõpetit exceptio non numeratæ dotis intra annum poſt ſolutum matrimonium: & hoc, ſi matrimonium durauit minus duobus annis: ſi vero durauit plus biennio, ſed minus decennio, tunc intra tres menſes eſt proponenda, C.de dote cau.& non nu.l.final. & authen.quod locum. Nec renunciatio obeſt, quominus intra dicta tempora agi poſſit. In hoc tamen prodeſt, quia renũciatio transfert onus probandi in renunciatorem. De his exceptionib. not.ſupra de excep.§.j.ver.anomalæ.& ſupra d. ver.quid ſi pro-
32 curator.& ſequent.¶ † Item eſt & beneficium, ſeu priuilegium fori: nam reus debet conueniri coram iudice ſuo, iuxta regulam Actor forum rei ſequi debet: & huic priuilegio ſolo pacto renũciari non poteſt, ſecundum quoſdam: imo ad hoc, vt reus poſſit coram non ſuo iudice conueniri, promittet ſe ſoluturum vbi
a cunque fuerit ab eo petitum:[a] clericus autem non poteſt priuilegio fori ſui renunciare: quæ dic, ut ſupra de compet.iudic.adi §. 1.verſicul.22.& ſequent. Eſt etiam beneficium fori, quod competit ſcholaribus, quod dic, ut ſupra de reo, verſicul. item cle-
33 ricus.& verſicul.item ſcholaris.¶ † Vltimo not.illud, quod in Romana curia frequentatur: nam aliquo prælato, ſeu alio mutuo pecuniam recipiente, fit ſuper hoc contractu publicum inſtrumentum: poſtmodum vero contrahentes accedunt ad aliquem auditorum, coram quo creditor petit ſibi ſatisfieri de debito, prout in ipſo inſtrumento continetur: & is, qui recipit mutuum, confitetur id coram eo, ſupponens ſe iuriſdictioni ipſius, ita quod, niſi ſtatuto tempore ſoluerit, in eum ſententiam excõmunicationis ferat, & aliter procedat, prout conuentum fuerit inter partes, quæ ſubmiſſio videtur approbari à iure. ut extra de
b offic.delega. P.& G.[b] extra de electio.cum dilecti.ad fi.& 1.q.7. quoties. Tamen videtur reprobari extra de foro compe ſignificaſti. licet poſſit defendi, quia exiſtentes in curia, ſubſunt iuriſdictioni auditorum: quare ſe eis ſubmittere poſſunt. Super hoc ergo ſic conficitur inſtrumentum:

¶ FORMA. Vniuerſis, &c. talis auditor ſalutem in domino. Nouerit vniuerſitas ueſtra, quod conſtitutis in præſentia noſtra P. & G. idem G. petijt ſibi ſententialiter condemnari dictum P. in centum libras, in quibus tenebatur eidem, prout patet per publicum inſtrumentum manu talis notarij confectum: proteſtans etiam de expenſis, damnis & intereſſe. Vel dic: Idem P. petitionem obtulit in hæc uerba, Coram, &c. dictus uero G. uolens bonam fidem agnoſcere, & nolens ſumptibus & litibus ina-
c niter ſe grauare, litem conteſtando,[c] confeſſus fuit in iudicio coram nobis, petita uera eſſe, & ſe ad præmiſſa teneri: ſed cum tũc ſoluere non poſſet, obtulit & promiſit ſe talibus, loco & tempore dicto P. uel eius nuncio hoc inſtrumentum reſtituenti, integre dictum debitum ſoluturum. Nos igitur auditis & intelectis confeſſione & proteſtatione prædictis in iudicio habitis coram nobis, uiſo quoque ipſius debiti publico inſtrumento, Chriſti nomine inuocato, de conſenſu & uoluntate expreſſa dictorum P. & G. qui ſe mihi ſponte, noſtroque iudicio ſubmiſerunt, eis præſentibus & ſententiam poſtulantibus in his ſcriptis dictum G. ad ſolutionem dictæ pecuniæ faciendam, & eidem P. uel eius nuncio ſententialiter condemnamus: præcipientes eidem G. ut ipſi P. ſeu nuncio hoc præſens inſtrumentum reſtituenti dictis loco & termino integre ſatisfaciat de pecunia memorata. Nos enim exnunc trina monitione præmiſſa in ipſum G. eius accedente conſenſu expreſſo, in his ſcriptis excommunicationis ſententiam proferimus, ſi dictis & loco & termino ceſſauerit in ſolutione præfata, uel aliquo præmiſſorum: & ſi in dicta ſolutione ceſſauerit, damus de conſenſu & uoluntate dicti G. liberam poteſtatem eidem P. quod ex tunc ſua auctoritate, ſine alia monitione, uel alterius licentia eum poſſit, ubi & quando ſibi uidebitur, tamdiu facere excommunicatum publice pronunciari, quouſque dictus G. plene ſatisfecerit eidem: quæ omnia & ſingula dictus G. acceptauit, & approbauit, & promiſit ſolenniter ſe ea obſeruaturum, & in nullo contra uenturum ſub debito corporaliter præſtiti ſacramenti, promittens quod non appellabit, nec ullam exceptionem proponet. Item quod non opponet dictam ſententiam ante terminum ſolutioni præſtitum fore prolatam: in cuius rei teſtimonium, &c.¶ Forma uero mandati ad mutuũ in curia contrahendum, & ad ſe iuriſdictioni alicuius iudicis ſupponendum, not.ſupra de procur.§.ratione formæ uerſicul.qualiter autem.

ADDITIONES.

a Petitum. ¶ Vber.de Bob.ponebat plenius, ſcilicet quod renũciet fori priuilegio, & quod poſsit coram quocunq; iudice ɔueniri, & conſtituat ſe ſoluturum quocunq; loco, quo debitum fuerit, ab ipſo petitum, nõ oppoſita exceptione fori: alleg.ff de eo, ꝙ cer.loc.l.j.de actio.& oblig.ɔxiſſe.de bon. auctor.iud.poſ.l.j. Dicit etiam, ꝙ pactum renunciationis, de quo ſupra, licet poſsit conueniri, obligat tamen ad intereſſe, ff.de re iudi.ſi quis ab alio, in fine, & de uerb.obli cum ſtipulatus.in fi.

b P.& G. ¶ Hæc decr.faceret contra, ſi diceretur, auditores habere delegatam: de quo no.in cle.de reſcr.auditor.in j.gl.vide j.de libel.concep.§.iam nunc videndum.ver.quid ſi fueris.

c Litem conteſtando. ¶ Hoc ponitur, ne procedat diffinitiua: & vide infra de ſententia, §.2.ver.eſt quoque.& quod ibi dicam.

ADDITIONES NOVAE.

* Circa materiam renunciationis, vide gl.in l.ſi minor.quod met.cau.quam tamen gl.Bal.ibi reprobat.& an renunciatio det titulum.Bal.in l. de tutela de in integ.reſti.C.

Nota quod aliud eſt confiteri, & aliud renunciare, l.ſi cum maior.de pe. hæred.per Bal.

Nota ꝙ partes non poſſunt renunciare ſolennibus in vero iudicio, ſed in compromiſſo ſic. Hoc.in c.de cauſis.de offi.deleg.

An renunciatio & concluſio in cauſa ſint idem, Io.An.in c.fi.de in integ. reſti.dicit ꝙ ſic. Bal.in auth.iubemus.C.de iud.Arch.in c.ſi aduerſus. de in integ.reſti.lib.6.

Quid ſi actor renunciat inſtantiæ litis abſente aduerſario, an talis renũciatio proſit aduerſario, no.in l.poſt quam liti.C.de pac.per Bart.Bal.Iac. But.& domi.Segnorolum.

Quid operentur verba poſita in inſtrumentis per notarios qui dicũt, talis renunciauit omni iuri quod habet, vel habere põt, vel ſperat.Bart. in l.ſi vxori.§.diuus.de adul.

Quid ſi aliquis remiſit omne ius ꝙ habet ɔ̃ me, an valeat remiſsio ẽt de eo de quo non eſt cogitatum, nec fuit certioratus: ꝙ eſſet neceſſe. vt in auth. quomodo opor.epiſcop.§.dum ex frequenti.dic quod bene valet, per l. Lucius.§.fi.cum gl.fi.de pac.

An poſt concluſionem cauſæ admittat̃ exceptio vel allegatio facti? Spec. no.hic: pro quo fac.ꝙ no.Arch.in c.fin.de in inte.reſti.lib.6. Ibidem Ioan. And.in Nouella.Bal.in auth.qui ſemel.C.de proba.

Super Rub.C.de pactis, ſi mulier prohibetur ɔ̃here ſine licentia propinquorum ſuorũ, non intelligitur prohibita ſimplex renunciatio: quia aliud eſt renunciare, aliud eſt ɔ̃herc.fac.Bar.& Albric.in l.iubemus. ad Velleia. & Bar.in Auth.ſi qua mulier.eo.ti.fac.Albr.& Bal.in l.ſi vnus.§. pactus ne peteret.ff.de pac.cum ibi not.

Nota ꝙ in cauſa ɔcludit̃ per renunciationẽ vtriuſq; partis & renũciantis & ɔſentientis ꝙ in cauſa vlterius non procedat̃, & aliquid nõ producat̃, in c.paſtoralis.de cauſa poſſ.& propri.Io.An.in c.fi.de reſti.in inte.lib.6. in Nouella.& nota ꝙ partib.præſentib.ɔcludit̃ per renunciationẽ: ſed altera parte abſente, tunc ɔcludit̃ qñ diſceptationis via penitus impeditur, ita ꝙ nihil reſtat niſi ferre ſententiam, l.q̃uis.de adult. Itẽ nota ꝙ inquiſitus põt ɔcludere in cauſa inquiſitionis renunciando productionib. & allegationib. Contrariũ no.in l.pactũ inter hæredem.de pact. ſed ibi renũciabat liquidæ defenſioni: ꝙ fieri põt, l.j.§.ſi qui, vltro.de quæſt.& l.non tantum. ff.de appel. Item aliud eſt nominatim renũciare tali defenſioni, aliud eſt ɔcludere ſuo iure in cã ſeu ſuo ordine. Nota tñ ꝙ iudici non ɔcludit̃, quia nõ põt renũciare: tñ loco ɔcluſionis eſt ꝙ nihil reſtet niſi ferre ſententiã. fac. c. cum Iohan.heremita.de fid.inſtru.& l.2 de iurib.balneariis.facit etiã quod no. in l.fi.ff.de ferijs.& auth.Iubemus.de iudi. Et an procurator poſsit renũciare & concludere, Inno.in c.paſtoralis.de cauſa poſſ.& prop.& c.fi.de reſtit. in integ.lib.6.

* An quis poſsit renunciare, vt non poſsit probare niſi per inſtrumẽta, Bal. in authen.iubemus.de iudicijs.& glo.in autheutic.ut matres debitrices.§. quia vero.

Nota ꝙ concluſio cauſæ principalis non extenditur ad cauſam appellationis, Inn.in c.cum veniſſet.

An procurator poſsit renunciare exceptionib.dilatorijs vel peremptorijs. Inn.in c.cum olim.de off.deleg.

An procurator poſsit concludere in cauſa, no.in c.paſtoralis.& in c. fin. de in integ.reſti.lib.6.

In c.expoſita.de arb.dicit Inn.ꝙ ſi preſbyter vellet non poſſet renunciare nec dimittere ius eccleſiæ, 12.q.2.ſine excep.ẽt ſi iuramentum interueniſſet, vt c.ſicut ex literis.extr de iureiu.

An renũcians omni iuris beneficio, intelligat̃ renũciare beneficio ſtatutorum. Bal.ꝙ non, in l.ſed & ſi quis.§.quintum.ſi quis caut.fac.l.j.ſi quis in ius voc.non ier.

Nota ꝙ non ſufficit renũciatio generalis, imo debet eſſe ſpecialis, no.in l.j.in fi.ſi quis in ius voca.non ie.& dicto §.quintum.ſi quis cautio.& C. ad Velleia.l.2 per Bal.l.pacta nouiſsima.C.de pac.per eundem.

Nota ꝙ legi annullanti ipſo iure ɔ̃ctum nõ põt renũciari, itẽ nec legi diſponenti negatiuè, l.ɔuenire.de pac.dotal.& l.j..C.ne fideiuſ. dot. dent. Itẽ legi iubẽti aliquid ſimile per pactũ nõ põt renũciari, l.paciſci.ff.de pac. Itẽ vide gl.in l.inter pactũ. Defenſioni non põt renũciari: ſed delationi bñ põt renunciari, eo.tit.& tũc nõ vr̃ renunciare defenſioni.notat gl in l.j.ff. de furib.baln.& hoc in pũcto iuris ſed in pũcto facti ſecus.de hoc p Bal.in l.pactũ inter. Itẽ legi ꝓhibẽti & puniẽti nõ põt renuciari, in Auth. ſed hodie. de acti.& obli. Itẽ legib.prohibitorijs non põt renunciari, l.j.C.ne fideiuſſ. dot.den. Circa quod dicit Bal.in auth.generaliter: de epiſc.& cle. vbi dicit ꝙ iurib. ſeu legibus prohibitorijs quæ diriguntur ad perſonã iudicis in fauorem partiũ bene põt renunciari: ſecus ſi dirigantur parti: & ſic intelligit dictã Aut. Item contra legem pœnalem vel quaſi non licet paciſci. Bal. in l.conſenſu.de repud. Quod ſi aliquis facit pacem cum bannito, non poteſt

renunciare

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

renunciare legi de non offendendo eum Bar. vbi ſ. Bal. no. aliquid in l. 2. C. de reſcin. ven. Bal. in l. j. §. fi. de temp. app. & quod no. Bal. & Bar. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac.

In cap. ex literis. de tranſactio. dicit Hoſtien. quod ſi aliquis ſcribatur in inſtrumento venditionis videtur renunciare iuri ſuo. ratio quia in venditione obligantur perſonæ non res: ſecus in obligatione reali: quia tunc obligantur res & non perſonæ, & per conſequens qui ſe ſubſcribit, non videtur conſentire, nec iuri ſuo renunciare. de hoc in c. nonne. de præſumpt.

In l. diem proferre. §. ſi heredis. de arb. nota ꝙ ius offerẽdi trãſit ad hęredẽ. & per hoc ſoluit qõ. Quidam pater deceſsit de relictis filijs maſculis, & vna fœmina quæ fœmina remiſit oẽ ius ꝙ habebat in hæreditate patris, ſub ꝯditione ſi fratres ſui darent ſibi certã partem, quæ ſibi faceret: & promiſit & iurauit nihil petere de hæreditate patris: modo ipſi fratres ipſis viuentibus, non aſsignarunt eidem, ſed hæredes eorum uolunt aſsignare ei. Quæritur quid iuris. & terminatum fuit quòd ſic, per iſtum §. & per l. ſi prædio. de in diem adiectione & per l. veteris. de contrah. & commit. ſti. ſed male fuit terminatũ: quia iſta remiſsio fuit conditionalis, ſi fratres aſsignarent partem, quæ non poteſt impleri per hæredem, l. à teſtatore. de condi. & demon. ſecundum Cynum in l. ſi plures. de conditio. inſer. C. ſed ꝙ illa ſententia fuerit bene lata. fac. q̃ a illa remiſsio fuit ex cauſa oneroſa: ubi cõditio tranſit ad hæredem, l. 2. de pac. inter emp. & vendit.

In l. cum hi. in prin. de tranſ. nota ꝙ ſi teſtator facit uxorem ſuam maſſariam & vſufructuariã, ꝙ tali iuri non põt renũciare niſi prætor interueniat idem in filia q̃ pater voluit habere recurſum ad domũ fratrum, & cum dote ſua eſſe contentam iuſsit. tali iuri renũciari non poteſt, niſi prætor interueniat: etiam ſi ipſa iuret: quia defendi poteſt tale iuramentum non valere. Bald. ubi ſ.

An poſsit renunciari inſinuationi in donatione fienda, not. in l. illud. C. de ſacroſan. eccle.

Aliquis conſtituit procuratorem ad fideiubendũ pro aliquo: iſte fideiuſſor renunciauit beneficio de fideiuſſoria. an talis renunciatio teneat. Bart. in l. ſi fraudator. de his quæ in fraudem creditorum. & l. ſi quis delegauerit. de nouationib.

In l. ſi quis in conſcribendo. de pactis. pone aliq̃s renunciauit exceptionibus præſentibus & futuris, & poſt. a quæſiuit ſibi aliquã exceptionẽ an poſsit ipſam opponere, non obſtante dicta renunciatione. de hoc plene per Cynum in l. ſi quis in conſcribendo. de epiſ. cle.

In l. fi. ff. de ſol. Bar. quærit. an iuri quæſito ex ꝯtractu, poſsit renũciari in præiudiciũ creditorũ ſuorũ, vel iuri quæſito ex vltima voluntate. Itẽ quid de iure quæſito per ſtatutum. fac. l. ſi abſentis. ſi cer. pet. per Bal. in l. qui autẽ. §. apud Labeon. ff. quæ in frau credit. fi.

An vxor poſsit renunciare iuri hypotheca. in bonis mariti ſui, Bar. in l. §. in ſumma. quar. re. ac. non dat.

An appellans poſsit renũciare appellationi, Bal. in l. pôſtquam liti. C. de pac. dicit, ꝙ In. in c. ex parte. ext. de reſc. tenet ꝙ nõ. quãdo appellans detulit appellationi. itẽ Bal. in l. j. de pactis dicit in iudicio põt renũciari appellationi factæ. ſic intelligo l. fi. de temp. app. & qđ no. in l. ne in arbitris. C. de arb. & l. poſtq̃ liti. C. de pac. ſed in ꝯtractu non põt renunciari appellationi, niſi per viam pacti de non appellando, non per viam ſimplicis renunciationis quod not. Bald.

An proteſtationi factę in iudicio poſsit per proteſtantem renũciari, Bal. in l. poſtq̃ liti. dicit ꝙ In. in c. præſentium. de teſti. dicit ꝙ non, qñ proteſtatio poteſt vtramque partem iuuare: & ſic proteſtatio proteſtanti nocet, l. fi. ff. pro dereli.

An quis poſsit renũciare reſcripto à ſe impetrato. Bal. in l. poſt quã liti. dicit aut illud reſcriptũ aliquid cõtinet ꝑꝑ ꝙ aliquod ius quæritur pręter inſtantiã, & non poteſt renunciare in præiudicium aduerſarij. ff. eo. tit. l. fi. & Inn. in c. ex inquiſitione. de teſti. ſpo.

An quis poſsit renũciare dilationi ꝯpetẽti, Bal. in dicta l. poſtq̃ liti. dicit ꝙ ſic quo ad ſe, nõ quo ad aduerſariũ, q̃ gaudet eadẽ dilatione, l. poſt mortẽ §. fi. de bon. poſ. ꝯ tab. Cy. & Bal. in l. petendæ. C. de tẽp. in int. reſt. pe. dicunt ꝯtriũ, per l. ſi iudex. ff. de mino. Bal. tenet ꝯtrium in eo qui meruit dilationem a iure cõi, ſed in eo qui meruit dilationẽ a iure ſpeciali per beneficiũ reſtitutionis in integrum, tunc dictũ Bar. rationabile eſt: quia ius ſingulare eſt ꝓbatum pro ſingulari fauore. ſed iure cõi attendit̃ æqualitas in iudicijs Bal.

Quando dicatur concluſum in cauſa Bal. in l. nec cauſas. de app. Archi. in c. fi. de reſt. in integ. lib. 6.

An poſt quam eſt concluſum in cauſa poſsint produci iura. Bal. vbi ſ. Inno. in c. paſtoralis. de cauſ. poſſ. & prop.

Nota ꝙ Iac. de Bel. in auth. vt cum de app. cog. §. ſi vero. & in auth. de teſti. § q̃ avero. dicit ꝙ iudices ante ſententiam debent facere concludi in cauſa & allegationibus renunciare. quod nota.

Circa renũciationẽ vide quod no. Bal. in l. j. ſi quis cauti. & Bal. in l. ſi q̃s in ius voca. non ier. & l. ſed & ſi quis. §. quintũ. ſi quis cauti. & Bal. in l. pactũ C. de collat.

Nota ꝙ licet quis renunciet liti & cauſæ nõ propterea renunciat dominio, Bal. ſecun. Bar. in l ſi pro fundo. in fi. C. de tranſac.

Quod communiter in ſecularibus foris non fit concluſio, ſed in eccleſiaſticis fit per partes. glo. in Clemen. ſæpe. de verbo. ſignifica. ſuper verſiculo concluſione.

¶ Bald. de Renunciatione & Concluſione.

¶ SVPER iure futuro non cadit mera renunciatio, ſed pactum: quia mera renũciatio ſumit vires a ſolo renũciante: & eſt priuatio, quam habitus præcedere debet, & fit per verba de pñti: ſed pactũ obligationẽ ꝯtinet, & fit per verba futuri temporis: de hoc not. in l. 1. C. de pac. uide ĩ. eo. §. Titius. ¶ Poſt concluſionem nulla admittit̃ exceptio, vel allegatio partis. verſi. & G. ¶ Eo ipſo, ꝙ allegationibus, & diſputationibus eſt renunciatum, videtur eſſe concluſum. ver. & not. ꝙ G. vide c. fin. de reſtitu. in integ. in Nouella. li. 6. ¶ Concluſio in cauſa principali non officit in cauſa appellationis, quia impoſſibilis eſt concluſio in futuro iudicio, ver. hoc aũt. ¶ An valeat generalis renũciatio, Omnib. exceptis dilatoriis, ſine alia ſpecialiori ſpecificatione, an vero nomina exceptionũ dicẽda ſunt? ver. pone ergo. G. Tutius eſt pactum opponi, q̃ merã renũciationẽ, ſm Vber. vide ſ. eo. §. 1. Quid in verbis legitimis ſ dic, vt l. 1. ff. ꝙ vi, au clam, & C. de adul. l. ita pudor. ꝑ Cy. ¶ An poſsit renunciari exceptionibus competituris ſ & videtur: ꝙ nõ ſola renunciatione, ſed pacto ſic: vt no. ff. de reg. iur. l. qui poteſt. §. ꝙ q̃d. ver. quid ſi quis. G. non diſtinguit an exceptio ſit honeſta, vel non, ſicut alibi diſtinguitur, ff. de man. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. Cui autẽ iuri renunciari poſſit, no. plene in ver. cui autẽ. G. ¶ Differentia eſt inter ius cõſtitutionis, & ius partis. Si eſt ius ꝯſtitutionis, tũc aut continet certam formam in actibus hominũ, & non poteſt ei renunciari, vt ff. de le. 2. l. codicillis §. fi. & hoc ſi ſit formalis ſolennitas: ſecus ſi beneficium, C. de teſt. l. non dubium. §. 1. Si ergo eſt beneficium aut cõceditur perſonę inhabili & poteſt renunciari: C. quando mul. tu. off. fun. po. l. 2. & in auth. matri & auiæ, niſi lex procedat ꝓhibendo & annullando: quia tũc non ꝑt renunciari, C. ne fideiuſ. do. den. l. 1. C. ad Velle. auth. ſi qua mulier. per Cy Si uero ſit odioſum, & ius ſtatutũ in odiũ, tunc non tenet renunciatio, vt no. ff. ad Macedon. l. tametſi Bald. ¶ An autem in contractibus poſſit renunciari probationi teſtium, vt not. in authenti. vt ſine prohib. ma. debit. §. qui vero. Collat. 7. vide ſ. de proba. §. licet. ¶ Quatuor ſunt beneficia, quibus communiter renunciatur in inſtrumentis ſcilicet beneficium epiſtolæ diui Adriani, quod conceditur fideiuſſoribus: mandatoribus: & conſtitutoribus: & ꝯtutoribus: ad exemplũ prædictorũ in hoc bñficio diuiditur actio inter eos, qui ſunt ſoluẽdo & ꝓſentes. ¶ Secũdũ beneficiũ eſt nouæ ꝯſtitutionis de fideiuſſoribus: ꝙ eſt, vt prius excutiatur reus q̃ fideiuſſor, vel quaſi fideiuſſor: q̃ onus ſuſcepit alterius ex diſpoſitione legali, ff. commo. l. vnde quęrit̃. ¶ Tertium beneficiũ, eſt nouæ cõſtitutionis de duobus reis: per qđ beneficium diuidetur actio inter reos principales: qui ſunt præſentes & ſoluendo: hoc eſt introductũ, ad inſtar beneficii epiſtolę diui Adriani: & duo rei principales videntur ad inuicẽ quaſi fideiubere, ff. ad Vellei l. vir vxori. §. fi. Iſti ergo correi principaliter in ſolidũ obligati habẽt bñficiũ diuiſiõis, nõ tñ excuſſiõis ¶ Quartũ eſt bñficiũ cedẽdarũ actionũ: ꝙ ꝯpetit oĩbus: q̃ obligati ſunt vna & eadẽ obligatione, itẽ cõpetit iuſto poſſeſſori ꝯuento hypothecaria: ff. qui potiores in pig. hab. l. mulier. & in hoc differt à iure offerendi, quia ius offerendi competit etiam prædoni, ff. qui pot. in pig. hab. Paulus. §. qui pignore ſ. cus in beneficio cedendarum, argu. ff. de tute. & rat. diſtra. l. j. §. nunc tractemus. ver. & quoniam. cum ſ. q. per G. ¶ Sed an iſtis beneficijs poteſt renũciari? Dic q̃ ſic, vt no. ff. de pact. l. niſi. in aut. de fideiuſ. in princ. nõ tñ ꝑſumitur quiſquã renunciaſſe niſi appareat, vt no. ff de ver. obl l. ſciẽdum. ¶ Sed an valeat renunciatio, ſi renuncians non eſt certioratus de bñficio ſuo? q̃dã dicunt q̃ non: alij, quod ſic, ver. ceſſat autem. G. Tu dic ꝙ quædã priuilegia ꝯceduntur ꝑſonis, quæ ꝑſumuntur ius ciuile ignorare, vt in muliere & minore: & tunc exigit̃ certioratio. oportet etenim, ꝙ propriã vocẽ intelligat ille, q̃ renunciat: not. in d. l. ſciendum. & ff. de nouation l. doli mali. Quædã conceduntur perſonis, quibus non conceditur ius ignorare, vt in beneficijs ceſsionis: & tunc non eſt neceſſaria certioratio: & ita concor. opin. Bald. Et nota, quòd prudenter facit tabellio, ſi dicit: Renũciauit beneficio Velleiani certificata à me notario de dicto beneficio, ibidem. G. ¶ Si vxor conſenſit cuidam alienationi: & cuidam non, & agit hypothecaria contra illum, cui non accomodauit conſenſum, an repellit̃ per exceptionẽ cedendarum? ver. ſed pone: emi. G. ¶ Iſta exceptio nõ dat̃ iuſto poſſeſſori. niſi offerat debitum. aut ergo durat matrimonium, & non poteſt offerri, nec ceſsio peti. C. qui pot. in pigno. hab. cum tibi. per Iaco. & Cyn. Aut eſt matrimoniũ diſſolutum: & tunc mulier tenetur cedere perſonalem, nõ hypothecariã, ſi nõ habet. nam de perſonali loquit̃ l. mulier. vnde ꝑꝑ poſſiuere hypothecariam, ſi obſtat exceptio cedẽdarũ, C. ad Velle. l. iubemus. & auth. ſiue. Bal ¶ Valet pactũ, ꝙ debitor poſsit capi ꝓ debito ꝑ ipſũ creditorem, verſic. item eſt beneficium. G. Iſte tamen non tenebitur in carcere creditoris. ſed ducetur ad carcerem iudicis. Et Adde, quod not. ff. de neg. geſt. l. nam & ſeruus. Bald. & facit Lucę xij. c. & Matthæi xviij. cap. & vide Dy. ff. de lib. hom. exhib. l. 1. & de furtis, l. interdum, §. qui furem. Bal. ¶ In curia vadunt partes poſt contractum ad auditorẽ domini Papę & cõfitetur reus debitum, & recipit præceptum, & ſubmittit ſe iuriſdictioni, & ſententiis, omnia iſta ualent: uerſi. vlt. no. G.

a ¶ De requiſitione conſilii.[a] Rubrica.

ADDITIO.

a E practicis autoribus nullus poſuit hanc rubr. præter Aegid. q̃ illam etiã aſſeſſoribus coniunxit, vide ſ. de aſſeſſore. & c. 25. ponit rub. de dando conſilio. Vber. de Bo. ſine rub. tractat de his, mihi chart. 8. & ipſius verba ĩ. ſignabo. ¶ Io. de Deo pen. rub. 1. li. Cauil. formauit, quid agat, aduocatus actoris coram conſiliarius. & in lib. Iud. 4. parte poſuit Rubri. de iuriſcõſultis, & ipſorum præmiis: & aliam de pœna fraudulenti conſiliarii.

SVMMARIVM.

1 *Iudice aſſeſſores cum quibus de cauſa deliberet, non habente, vel habente, ſed diſcordantes, qualiter prouidere poſsit.*

2 *Præmium recipere pro iſto conſilio licitum eſt.*

Iudex ſpernens conſilium, tenetur de cauſa læſa, vel male agitata.

3 *Partibus in eligendis conſiliarijs non cõcordantibus, qualiter iudex prouidere debeat.*

4 *Mere Legiſtæ an poſſint in cauſa mere canonica recuſari.*

5 *Conſiliarij electi debent fideliter, & pro vtraque parte conſulere.*

6 *Sententia de conſilio ſapientum pecunia corruptorum lata, non eſt defendenda.*

7 *Affectio dominatiõis: affinitatis, & familiaritatis, amor, timor, odiũ & auaritia, ſenſus & opiniones peruertũt: & intellectus humanos hebetãt*

8 *Clericis an potius credendum ſit, quam laicis, & qui poſſint in iudicio ad iurandum compelli.*

9 *Peritus an cogi poſſit in aliqua cauſa alicui conſulere.*

10 *Iudice poſt deliberationem cum peritis decedente, an ſucceſſor debeat tale conſilium ſequi.*

11 *Abſolutio, uel condemnatio in iudicio, qualiter & quibus peractis ſit formanda.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN